

C 12. C 2.

Feb 130

Mar 45



~~Q. 172~~

S. 12-2





Primum gradus. Ascensum in natiuitate quae diligenter fieri potest ut uisificantur per ammodum ut
 trutinam, ut si natus statim habuerit per aliam accidentia. deinde nati per ammodum
 per scutabere ut propriam quae sita eius fiat iudicium. quae n. & stellae fluxus in unam
 magis quae in aliam diuersis modis exantur. deinde uidebitur ascendenti gradum
 de anni dicitur una cum angulorum residuo eo tempore quo d. ad. i. m. v. ascendet qui
 natiuitati proxime praedit. deinde confidera an dicitur natiuitatis & locus d. aut
 aut per se medium Celi, siue quae ascensum locum sit illius fortunae ut infortunae quae in dicto
 anno natus, & ex hoc significatorum bonitate seu malitiam ut minus ut auge
 bis a. s. locus hylegialibus praeditur. postea confidera si anno natiuitatis aliquid eclipsis
 praesent aut aliqua d. inter poteros aut alios, & uide quae locorum praeditur hylegialibus
 gradum habeat ipsius eclipsis praedantur seu d. Equum hoc euenit, nato pronuntiat
 aliquid magnum sibi euentum atque pari finem loci hylegialibus significatione, quae quidam
 locum huiusmodi gradum habuerit, & hoc accidens bona & mala se poterit finem agnoscere
 ne eclipsis & magne d. Notandum est etiam d. ut d. gradus natiuitati praedantur
 magne n. praeterea d. gradus ille. & si eueniat ut ipse gradus in aliquo loco forti in figura
 natiuitatis constituitur, tunc spiritus praedantur tale accidens futurum in loco natiuitatis. &
 si forte fortuna reperitur in 10. gradum excellentem & si fuerit honoris & magistratus
 natus consequetur, si in 7. natiuitatis gradum optimam ad eum alia fortuna & sic de
 alijs. si autem fortuna reperitur opus portendit. & notandum quod eius gradus & quoad
 uita & quoad corpus uim magna habet, quare ad loca tam fortunae quam infor
 tunae per d. dirigendus.

An nutuetur natus sedem repiendi hylech in natiuitate.

Super in factis nutuetur extant particularitates quae plures, uerum rationabilis est ut hylech
 lech & alia uenerunt. hylech uita dispositio inter praeterea, alio modo ammodum
 loca igitur ex quibus hylech exhitur sunt in diuersa genitura, d. m. 1. 10. 11. in
 quotlibet signo. ut in 7. 9. masculino tm. C. in 10. 11. 4. 5. in quouis signo in
 nocturna genitura C. in 10. 11. 4. 5. feminino. ut in 1. 2. 3. 7. quotlibet. d. m. 7.
 A. 5. quotlibet, ut in 1. 2. masculino tm. & si luminaria non fuerint idonea in
 la. hoc hylech uidebitur si natiuitati praesent d. ut d. luminaria si fuerint in
 angulo ut succedente. & idem deo intellige. & si non accipe gradum horoscopi
 uerum in his signis gra non confiderantur. Om. v. aut d. ut d. hylech & alia
 idem de C. in d. ut d. 6. Pla aspiciantur loca hylech & ibi hinc aliqua dignita
 tem dicitur alia. C. obista non est hylech. hylech autem non potest nisi fiat alia.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. in
 nocturna genitura
 masculino tm.
 feminino

| | maiores | medij | minores | | |
|---|----------|----------|----------|---|----|
| ♂ | 57. | 0 | 43 | 6 | 30 |
| ♀ | 79. | 0 | 45 | 6 | 12 |
| ♂ | 66 | 0 | 40 | 5 | 19 |
| ♂ | 120 | 0 | 69 | 6 | 19 |
| ♀ | 82 | 0 | 45 | 0 | 3 |
| ♀ | 76 | 0 | 48 | 0 | 20 |
| ♂ | 108. | 0 | 66 | 5 | 25 |
| | anni. m. | anni. m. | anni. m. | | |

Si alia reperitur in angulo sine impedi mto dat suus
 annos maiores, si in succedenti medijs, si in cadenti
 minoribus. Addunt etiam praeterea & minoribus annos ad
 alia finem eorum radiatorum bonos & malos. Si si d.
 & c. fuerint infortunati, & alia d. aut d. inter
 eorum singuli annos suos minoribus numeris min
 nuunt. uerum si si & c. alia * & c. radiatio infi
 dant nihil addit. & c. fortunati annos quos
 malo accipiebant aspectu bono contibuent. & de
 quocumque aspectu addunt annos suos minoribus &
 hoc maxime si non sunt male affecti. Si d. repi
 etur in feo. 12. gradus prope alia addit 4. anno
 re praeterea, quos alia praesentent. Nota quod alia fue
 rit obista aut sub radijs, uirtutem quam prius dandi habebat fere praesentent
 mittit & loco annos dies & horas contibuit.

C An uita nati sit longa ut breuis.

C Multa pericula hanc deca considerantur impunitis uideh uidetur si hylech in se
fatis sit, h. e. si in propria domo aut in alia sua dignitate reperiatur, aut si in si-
gura sit fati. i. in loco fati, qd fati fuerit, fatem quoq eius in nati huius danna
dicale futurum p dices, si aut debilem conu pfero. propterea si dispositio loci hylech
respectu fortitudinis bnsituatus fuerit. s. pp loci situatione & proprie fortitudinis
uicij dyllesione nati fate ac robusta futura prognosticabit. uerum si dispositio hy-
lech debilis fuerit, debilis quoq complexio nati e profere, q complexio statim al-
terabitur & breuis uita erit. qteru si ambo hylech uideh & dispositio male sese ha-
beant, tunc nato ob multa malora qia uita abscessione pronuntiabit. Scias etm
q si no fuerit adhuc directio hylech ad aliquem malora piaz, sed q diuissio hylech
sit infine signi aut in terminis malora piaz, mala occurrente reuolutione
& dno Alinthie ac signo profectiois male se hntibz potius quoz nato pronuntia-
re breuē sibi obtinenda. Sed aduerte q qn hylech & eius dispositio fortes
fuerint ex sola directione ad ipso, h ipsa sit potens no debet obrutiae a bssio
nem uita, sed aliq accidens in corpus q quidam natu ad obitum seze qz inducat
fm nam infatum, & aduertem hanc, idest cum hylech & eius dispositio fortes
fuerint nato suo morte no ea pronuntianda, pferim si natu inae nics forte, nisi tm
multa simul occurrerent. uerum si natus ipse fuerit senio cofectus, eo q uirtus hylech
quo tunc remitteretur, tunc ex sola directione h no sit admodu potens poterit ter-
minu obrutiae. Item cōsidera etm utru aliqua eclipsis gradu ascendente aut a-
scendem angulū figurę occupauerit, nam in tali casu, nisi admodu fuerit potens
uita significator truncatione uita nato obrutabit.

C Ad uognoscendū nati corporis complexione cū ualitudine.

C Hec ab ascendente, a G, a. b. domo, ab eius dno consideranda sit, qm si aliqua
infortuna fuerit in ascendente aut ibi radius suos diffundat prognostica b nati
debetioris complexiois futurū, multūqz egrotationibz obnoxii. idem quoq p nati-
tatis si hanc in malo statu repit pferim si sexte domū aut sexte domus dno
fuerit copulata huiusm significatio augebitur quoties cuiqz in .b. domo repie-
tur infortuna pferim si qui in hoc loco plurimos infest infirmitate. uerū
si aliquem horz significatorz corporis infortuna tu repit, no multas infirmitates
nato pati pronuntiabit. uerū si oēs h significatores aut pars maior in mala
dispositio repierit, multas passura infirmitates pro fere & minima qua qz deca
in ualitudine incidere: si magna futura erit egrotā: hoc p dices quotiescuqz
malos significatores in angulo repit p dicta loca aspicientes, aut si lumina
ua ab h malis p dicta loca aspicientibz malis aspectibz illustrata fuerint
In hoc .n. casu nato uarias sibi parare infirmitates pronuntiabit, quibz sese
difficillime expellere p dices, ualitudine .n. nam ab infortunis & asijm dno
loca aspicientibz, facillime considerabit.

C Regula pronatisubsta opibz qz considerandis.

C Considerato q ut ait pthol. a O in G semper accipitur pferim si plenitudine nati
uitati pcessit, & in hoc C sit sole potentia, tunc .n. O a C in O extiter. quare
si fortuna in aliquem qz anguloz in adat, eius qz dno fortis repiatur & potius
tunc natu multas opibz discere pronuntiabit. uerū si O in cadente fuerit, eius
qz dno sit debilis, tunc nati inopem futurū prognosticabit. & notm q si O dispo-
sitor fortuna eēt tunc prognosticare debet natum qz plurimū ditandū eēt dū
tū, eis qz solatē gauisurū. uerū si infortuna fū h fuerit in sig. lūm
af nato uita cōferet atqz inuiste no sine infamia. & casu qz ipa infortuna

et si naturalis fuerit quaeque sibi ipsi bene faciet nec alijs, verum auriferam
per sitibundus thesaurus dominus accumulabit. si autem in fortuna, naturam
diuitiarum accumulabit ex legibus, quae demum breuiter parumque persequitur
familiam, eiusque heredes per manebunt. Ceterum si fuerit substantia signifi-
cator per mercedem & saepe nato quae pollicetur. sciendum est in diuitibus
hunc esse diuitiarum per per largientem. Verum si per diuitiarum fuerit significatrix
natus per munera & mulieres multum adhaerens per diuitiarum incrementa, quibus
negotio ut plurimum laetatur, in vestimentis, conuiuijs & diffundit. nec obli-
uiscitur etiam qui in domum eiusque domus considerat, quod in iure & libertate
bonitate, malitiam, fortitudinem seu debilitatem diuitis per per significat aut
augebuntur aut minuentur.

Regula pro nati dignitate & honoribus iudicandis.

Ex his principalis dignitas a solis dispositione, qui si fortis reparetur veluti
si est in ascendente aut in medio caeli in suis dignitatibus aut eius dispositio sit in
angulo cum aliqua dignitate, tunc dies nati ad aliquam magnam dignitatem gradum
peruenit prout fuerit genitura & tempus. verum si conuictus reparetur conuictus quousque prout
trahit. si etiam a plurius planetis matutinis irradiatus fuerit atque idem sunt
fortes, magna potestatem natus dignitate. praeterea aliquos quod medium aspice eiusque
videlicet si in ascendente bono aspectu aspiciat, quod si in ascendente fuerit
in medio caeli aut domus medi caeli in ascendente, natus dignitate, muneribus magis
trahit quod si in caelo, principum quod amicitias ad ipsa verum si domus in caelo a
domo ascendente alienus fuerit & male dispositus, tunc temporis nati nulla esse
quousque dignitate perferet. verum hoc unum notandum quod in medio caeli dispositio debi-
lis est solis dispositione, quod si in caelo per irradiare, quod quod medium deus
domus male dispositus reparetur, natus in honore & dignitate audacter per dies, ve-
rum non tanta facilitate acquirendos, nec adeo magnos, nam quod tomari per constel-
lationem fuerint, tanto magis augebuntur effectus. consideranda sunt quoque
sidera ea quae primae aut 25 sunt magnitudinis & quae parua sunt ab eclyp-
tica latitudine, magnas etenim adferunt dignitates atque honores si sit natus
iuris conditionis, fixa namque sidera quod plerumque in caelo signa, in ascendente. si in 10.
in 7. aut cum in diuino, aut cum luna in diuina, aut cum in: si in aspicere quod
haec domus fixa atque sidera repererit, per dies fuerit ad idem in nam signifi-
cat in domo, videlicet si in stella fixa in 5. domo reparetur, natus habet
hoc fortunatos, nobiles atque formosos, sed in diuinos esse decem iudicia.

Si natus frater habet, si videtur, si fortunati & si erit inter eos pax & concordia
in hoc. 3. domus, eius domus & qui in ea collocauerit & qui ipsam aspicunt
considerandi sunt, namque si boni adierint parte, multos signa fratres, diuinos
& fortunatos, verum si mali fuerint parte, natus paucos habiturus fratres per dies &
illos infortunatos. vide etiam si in 3. ascendente vel eius domus bono aspectu aspi-
ant, tunc enim amicitia inter fratres significabitur, si malo autem aspectu ad idem de-
notabitur. vide etiam per fratres & eius dispositio, magnam etenim sit signa frater quod
ad fratres. hoc pacto alias domos iudicatio signa siderum eorumque
positiones, eorumque vires & debilitates & eorumque signa significatorem quod eorum. super quibus
bene si boni parte eorumque iudicatio: male autem si mali, atque hoc quod later
dicitur sit. Verum si particularia voluerit, quod diuinos legito, alijque auctoribus qui super
hanc materiam liquida scripserunt. videntur in mibi memorandi si diuinos aliquos
particularitatem quod qui dem scriptis sunt in deo in mundo eorum domos signa quod

bus meus intellectus difficile quiescat, multumque in rebus, huiusmodi non in hanc partem
per constellationem diversitatem euenire potest quod significatum in unius natiuitate esse
fuit, alterum non impediatur, exempli gratia. in aliqua natiuitate, uidebitur si regulus
nati filios uite fore breuissimos, in quo qui dem particularitate meum non quiescat
iudicium, posset. non eadem nati filius, in unius natali eunt uite significatory
ad id potentes quod diu uiueret. idem etiam in aliarum domus significato eueni
re potest ubi alterius accidat impedimentum.

De coniugio.

In comubio uirorum uide 4^{am} quam luna occupat, si e parte orientali, natus in
iuuentute uxorabitur, et cum fuerit etate senili confectus iuuenula ducet in u
xorē. 4^a orientales sunt domus. i.e. ii. io. 6. 5. 4. figure celestis. uerū si 4^{am} oc
cidenta lam occupauerit, natus postquam fuerit senio confectus uxorabitur, et in iu
uuenili petulantia cum uetula in memoriam conueniet. 4^a occidentales sunt. 8. 9. 3. 2.
Si in signo collosatur uniceporeo, et ad solū partem applicauerit, unum soli copula
bitur. sed si in signo bicapere fuerit ut plerumque planetis d. ut alio aliquo aspectu
applicauerit, pluribus copulabitur. si e fuerit in aliquo suarum dignitatum, et si fortunis
aliqua habeat conuenientia, preterea ex laudabili aspectu, sponsus nati erunt co
uenientes, laudabiliumque morum copulatus. si autem e ipsa stellis in fortuna natis ap
plicauerit, nati sponsus erunt rebelles, suisque maritos odio persequuntur. Si ad 11.
erit applicatio & luna sit in dignitatibus futuram, uxor eius erit erudita, praua
indosa, auique eius ferociter & crudelis. Si ad 12. applicauerit, erit conueniens
& idonea, preterea quod indolis. Si uero d. applicauerit e, erit martialis & incontinentia. Si
q. erit formosa, iocosa, & letata, si ad q. in intellectu cauta, preterea in suis ne
gotiis. Verum si q. ipsa copulabitur saturno, ioui ut q. in rebus ad uitam plurimum
erit sat utilibus marito. si cum d. fuerit q. copulata, erit deuotissima bonorum
mariti, instabilis, insipida, & simplex.
In matrimonio mulieris aduerte o. quod si in 4^a orientali ceptus fuerit, uirum in
uentute disponabitur, et in senio maritum iuuenem accipiet. si autem in quartis
occidentales o. ceptus, tunc de uinculo matrimoniali alligabitur, et in iuuentute
fene accipiet maritum. si in signo uniceporeo o. ceptus ut in unum partem matu
tino affociabitur, mulier unum huius uirum desponsa bitur. si in signo bicapere exti
terit, aut in figura plurimum partem matutinali o. contatus fuerit, multos maritos
mulier possidebit. Si o. ex fig. sociatur 11. ut sit in aliqua suarum dignitatum
postquam, maritus talis erit probus, iustus, industrius & laboriosus. Si uero o. ad 12. so
ciatam habuerit, erit maritabile humilis & magnanimus. si ad d. erit infidus
crudelis, nullius dilectionis & deuoti cordis. Si cum q. erit probus & formosus. Si
cum q. in rebus ad uictum quotidianum spectantibus erit solitatus & in d. iustis
Si q. ipsa ad 11. sociabitur, maritus ille erit fessus, & ad actus ueneros de uili
& abstinentis ab illis. Si cum d. q. fuerit, erit ualide complexione, fornicator in
utroque & circa actus ueneros diuosa solitudine implicatus. si autem q. ipsa
alligabitur, erit maritus ille in filioz amore pius & amabilis balda.
Quando luminaria in utraque natiuitate uiri & mulieris ad inuicem tam ex parte
signorum quam ex parte ascendentium conuenient, aut luminaria trigona siue ex a
gona radiatione sese mutuo intueantur, maxime si in natiuitate uiri, luna
conuenienter soli in natiuitate mulieris coniungatur, amor inter eos recipro
cus erit magnus.

¶ An mors nati per ignem, per aquam, per uinam, per laqueum, per quadam
pedem, seu per proprias infirmitates eueniat.

Huius in 1^o significatore optime considerato, h. e. infortunat, angulos, lumina
ria, 3^o domū, cuiusq; dñuz. qm̄ si infortunat erūt forte in angulis, & lumina
ria spicij, seu ambo luminaria malo aspectu aspiciant, malam nato mortem
uenturā p̄diato. idem erūt si in 2^o fuerint malo aspectu ascendente aspicien
tia. Mortis autē genus a pravo dispositore significatore, a loco in quo p̄situs ē, &
signo in quo reperitur, a mixtione quā cum alijs habet, & a dispositore. Quare si
plures testes mortis fuerint, aut p̄ feruā, aut p̄ ignē, aut p̄ m̄buz obtruncationem
aut p̄ precipitiū, prout dispositio d̄i ui debetur ad unā magis q̄ ad alterū mortis
genus inclinari. exempli grā. si fixa mala dispositio in signo humido reperi
retur, natus ab hōie interiret, si in signo igneo, igne comburetur, si in signo
terreo p̄ precipitiū peribit, si in aquo ita. Verū si cuiusm̄ intentus p̄ fatum
testimonium euerit, ut p̄ suffocationē, ut p̄ suspensionē, ut p̄ uenēnū mortem
patē. ha. forte in oculis, aut in carcere, aut p̄ submersionē morietur
prout fuerit nā & mixtio fatum. nam si in id. fuerit & d̄i co male mor
tis significatore, in eminenti loco peribit, prout ē suspēio, p̄sertim si in sig
no aereo fuerit. Si in 4^o ut in signo aquo, nati uita p̄ submersionē finietur
nihilominus in ho p̄tholomei regulis & alijs poterit considerari, quas quidam
ne prolixius scribere dimittimus. Tempus deinde quo huiusmodi mortis
prauit expectanda ē erūt quotiens unq; hylech p̄ directionē ad loca s̄
dicta in fortunata p̄uenit, aut cum nato pessima occurrerit reuolū
q̄ natiuitati s̄ similit, & hylech interimno ipsius infortunat repletus fuerit. &
t̄z ipso anno nato praua mors nō acciderit, laborabit t̄m in ipso statu ipso
re in magnū discrimine, p̄singulis accidentib; ut ip̄ euerire solet qui
in submersione uel sanctus discrimine, & postea dei grā liberantia, & illi qui
p̄ iustitiam publicā morti damnati sunt, deinde sunt diuina grā liberati.
Verū si fortior bono aspectu ascendente & luminaria seu 3^o domum
aspexerint, propria natus periturus ē ualitudine q̄ apta abscondente proce
det & a signo in quo ip̄se & dispositore reperitur

3

—

3



100

100


100

100

100

1977018X
19770721





Insuper Saperentia timor domini

ANTONII

IZALDI MONS-

CIANI PLANETOLOGIA, RE-

ASTRONOMICIS, MEDICIS, ET PHILO-

SO-
PHICIS ERVDITE REFERTA: EX QVA, COELESTIVM.

corporum cum humanis, et Astronomie cum Me-

dicina societas, et harmonia (quam prisci

ἡατρομαθηματικῆν per appositè nuncu-

parunt) paucis degusta-

tur, et diluci-

dè aperi-

tur.

Reliqua, pagina versa dabit.

ad generosissimum principem & Cardinalem

CAROLVM A. LOTHARINGIA.

*Rodolphe
Cambray*



L V G D V N I,

aud' Mauricium Roy, et Ludouicum Pesnot.

M. D. L I.

Cum Regis Priuilegio ad decennium.

Imbium Sapiencie timor domini

A N T O N I I

MIZALDI MONS-
LUCIANI PLANETOLOGIA, RE-

BVS ASTRONOMICIS, MEDICIS, ET PHILO-
SOPHICIS ERVDITE REFERTA: EX QVA, COELESTIVM.

corporum cum humanis, et) Astronomia cum Me-

dicina societas, et) harmonia (quam prisci

ἁρμονία καὶ ἀστρονομία per apposite nuncu-

parunt) paucis degusta-

tur, et) diluci-

dè aperi-

tur.

Reliqua, pagina versa dabit:

Ad generosissimum principem & Cardinalem

CAROLVM A. LOTHARINGIA.

*Rodericus
Camorarius*



L V G D V N I,

Apud Mauricium Roy, et) Ludouicum Pesnot.

M. D. L I.

Cum Regis Priuilegio ad decennium.

Hic præter *PLANETOLOGIAM* insunt, *Satyræ de uisæ-
uoribus* Expostulatio: qui cum bruto, Epicureorū grege, & cælum rident, & de sua
maiestate illud (vt olim Gygantes) impiè deturbare satagunt: quo sanè, tota
rerum mundi vniuersitas nihil habet diuinius.

QUERIMONIA quòd vetustissimum doctrine genus de cælo &
stellis non exerceatur: cum pulcherrima nomenclatura eorum, qui olim tum
immortali gloria res cæli excoluerunt, & amauerunt.

DIALOGVS elegantissimus quo docetur quatenus cælestium pro-
gnosticorū significationes & decreta procedant. Et quòd corpora stellis subij-
ciantur, potius quàm voluntas, solius hominis propria: modò illa sensuum ti-
tillationibus, & cupiditatum illectamentis non acquieuerit.

COELVM ET SOLVM.

Extrait du Priuilege.



L est defendu à tous Imprimeurs & Libraires,
finon à Macé Bonhomme Imprimeur & Librai-
re de Lyon, de non imprimer, ne faire imprimer,
ny exposer en vente, ce present liure intitulé
*Antonij Mizaldi Monsluciani Planetologia, rebus astrono-
micis, & medicis, & philosophicis eruditè referta, &c.* Iusques
au bout, & terme de dix ans, venants, ensuiuants, & consecu-
tifz: commenceants du iour & datte de la presente impression.
Et ce sur peine de confiscation desdicts liures, & d'amende ar-
bitraire, ainsi que le tout est plus amplement contenu au Pri-
uilege sur ce octroyé & donné à Paris le deuziesme iour de
Ianuier, Mil cinq cents cinquante. Signé, Buyer.

GENEROSISSIMO

PRINCIPI ET CARDI-

NALI CAROLO A LOTHA-

ringia, literarum parenti &

patrono, ANTONIVS

MI ZALDVS

Monslucia-

nus.

S. P. D.



V M olim repentino quodam tumultu erumpente auditum esset à Corinthiis, Cardinalis & princeps illustrissime, Philippum Macedonum Regem suam in illos expeditionem conuertere: & ea de causa quisque quod esset ex re & usu patriæ per strenuè aggredere-
tur: hic scuta sibi apparâdo, ille lorica induen-

do, alter ocreas & galeam aptando, nonnulli sese balthco præcingendo, frænatos equos admittendo, currus militares conscendendo, tesseram per aciem prodendo, ad manipulos, centurias, & chiliadas excurrendo, bellicas machinas proferendo, aggeribus, fossa, muro, propugnaculis & milite urbem actutum muniendo, commeatus parando, lapides ad mœnia comportando, tuba, cornu, & tympanis animos faciendo, signa explicando, classicum canendo, susque de que festinando: in summa, pro re & tempore, sedulo (sicuti par erat) quiduis agitando, ut & urbi, & patriæ maturè prospiceretur, nec quidquam ad arcendum hostem intentatum relinqueretur, ferunt Æneid. Diogenem, deposito philosophico & pileo, & pallio, fronte supra pollicare supercilium corrugata, impexo capillitio, eo que cano & sesquipedali, ad hæc propèsa & incomposita barba, setosisque brachiis, ac unguibus ad enorme.

excrementum prominentibus, dolium illud suum versatile (quod palatium cum cœlo, & aërijs tempestatibus sese immutans nuncupare solebat) per vicinum vrbi collem, ἀνω καὶ κάτω (quod Græci dicunt) hoc est sursum ac deorsum, aliquot dies voluisse, reuoluisse, subuoluisse, ac deuoluisse. Quod cū plerique admirarentur, atque ad eò rogarent, ecquid insolito, nouo que labore sese conficeret, ne inter tot operarios (respondit) solus cessator videar. Dignum me hercule tanto philosopho ἀτόφθρητα. Quod ubi ad aures meas venit, me virum planè fecit: mei que officij seriò commouit. Cū enim doctissimos quosque in hac Parisiensi Academia, legendo, scribendo, docendo, & aliter certatim de literis & posteritate bene mereri viderem: Palladijs que machinis aduersus ἀγροαυ φαελici Marte pugnare: & cam in rem nouas acies subinde instruere: quæ & cæsim, & punctim in illam, eius que fautores & coniuratos sub præstantissimis ducibus irruant: precium operæ facturum me putauit, si pro mea tenuitate, in medium campum cum illis prodirem: nec inter tot egregiè militantes, vnus de multis (vt dicebat Diogenes) cessator haberer, & proinde, Hesiodi illud in me cadere meritò agnoscerem, ἐρώστω ἀχθὲ ἀρῶν. Quid tu his amplius expectas ornatissime Cardinalis & Princeps? Certè, in hac velitatione, & verè Apollinea expeditione, cum armorum (quæ mihi vsui essent) delectus peropportunè quereretur: in eo que, diu ac multum frustra à me sudaretur (propterea quòd à strenuis militibus occupata essent omnia, nec ullus in castris relictus mihi esset locus: imò verò ne dux quidem propositus, sub cuius vexillis, dato nomine, tutò militarem) confestim de mutando consilio, deserendis que castris, ac transfugiendo deliberare cœpi. Quod cū subodoratus esset Castalius Gallorum Mercurius, sub incomparabili Rege nostro Henrico, vnà cum Lotharingo Apolline, studiosæ huius militiæ Imperatore vigilantissimo, Antesignanus impiger, heus heus Μιζαλδε (inquit) quorsum tam subito à doctorum agmine deficere cogitas? quasi verò quidquam sub illustrissimo Lotharingo Apolline (qui te mecum, vnà cum multis alijs fouendum suscipiet) in hac acie tibi defuturum polliceri debeas. Eia bono animo esto. Heic plerisque agnoscis pro Grammatica, pro Rhetorica, pro triplici philosophia, pro medicina, pro iuris prudentia, pro Theologia, pro Mathematicis,

Cardinalis à
 Lotharingia,
 & à Castilio-
 ne, sub Chri-
 stianissimo Re-
 ge Henrico,
 duo hodie li-
 terarum patro-
 ni.

thematicis, in summa, pro Latinorum, Græcorum, Hebræorum
(utinam etiam Arabum) re omni, contra ἀγροίαν strenuè dimi-
care: diurnas, nocturnasque excubias agere: & quouis telorum
genere in media arma ruere. Eho, tūne tam citò clypeum abij-
cies, ac tam generosos concertatores negliges? En tibi arma, &
sumptus, quibus te posthac cōmodè tuearis: & me duce, pro Vra-
nia, aut (si vis) pro cœlesti Philosophia, ex animo pugnes. Agè
itaque, instructissimos milites tecum selige, qui illam de impijs
Gygantibus manibus eripiant, & in veterem possessionem, velu-
ti postliminio reuersam alacriter asserāt: priscumque illius cum
Philosophia & Medicina coniugium, iamdiu ab impurissimis
quibusdam adulteris labefactatum, generosè reparent. Verùm
enimvero, caue, caue (inquit) ne, quod hodie plerique omnes fa-
ciunt, illam ex umbra in tenebras præcipites: hoc est, diuinas cœli
res ad vanas præstigias, mēdacia, imposturas, & (ut loquitur
Gellius) æruscationes impudenter traducas. Quod scelus sicuti
Apollini, & mihi item, valde est inuisum, ita breui publicè ple-
ctendum. Ergo, cœlestia philosophicis & medicis (ut cœpisti)
ac Vraniam Aesculapio prudenter coniungere, & stabili connu-
bio firmare, satage. Hoc si feceris, quàm plurimos tibi demerere-
ris, ac me ubique patronum semper habebis. O dulcissimum clas-
sicum! ò efficacem vocem! ò diuinam exhortationem! Quæ, ec-
quem per deos immortales, vel in scholarum puluere adhuc iacē-
tem non erigat, & excitet? Ad illam sanè animus meus ex de-
misso erectior factus, ex fracto integer redditus, & ex langui-
do vegetus planè visus, illico & incallescere, & me ad arma cū
alijs capeffenda extimulare nihil est cunctatus, ut obsidem Vra-
niam si minùs liberare, saltem de muro salutare, & suorum ma-
ritorum nomine (philosophorum, inquam, & medicorum) bene va-
lere, & foeliciter sperare nuntiarem. In quam rem, Princeps &
Cardinalis eruditissime, literariam hanc machinulam recenter fa-
bricatam, cum præteritis aliquot alijs hodie ereximus: alias at-
que alias deinceps emissuri, ni temporum obstiterit iniquitas. Do-
minus, cui & cœlestium, & humanorum corporum summa est
cura, conatus nostros, pro sua pietate, adiuuabit: facietque, ut &
Lotharingus Apollo, & Castalius Mercurius, Mæcenas noster
& patronus, manum nequaquam detrectent: qui honesta sectan-

tes promouere solent, ac bonis animis vltro occurrere. *Hæc sunt,*
Princeps & Cardinalis amplissime, quæ me subinuitarunt vt præ-
sentem Planetologiam, astronomicam æquè, atque medicam ac
philosophicam cum suis appendicibus, in tuo nomine diuulgarem.
Quem verè noui, non solum rerum cæli & medicinæ studiosos,
sed & alios quosuis eruditione aliqua insignes amare, domi &
foris alere, meritis honoribus augere, & tandem honestis modis
locupletare: non sine immortalis nominis tui gloria. Quam viam,
& heroes, & heroum filij omnes ingressi, locum inter astra sibi
demeruerunt. Quod si mihi heic hortandus est, qui alios hortari,
iuuare, ac excitare solet: ego Gallicum Apollinem, Gallicum Prin-
cipem, Gallicum Cardinalem (vt Teucrum Mycencus ille apud
Homerum) hunc in modum hortabor, Βῆλιν ἰὺτος. Sic iace, non sa-
gittas (inquam) vt ille de scuto fratris sui Aiadis, sed pulchra, vt
cœpisti, immortalitatis tuæ fundamenta, literas, & illarum pro-
fessores locupletando: Iace (inquam) radios tuos, ò Gallicane Apol-
lo, in literarium orbem: qui te, vnà cum meo Mercurio reueretur,
 suspicit, & meritò amat. Hoc si feceris, non amplius eris
 Carolus, sed literis omnibus, & illarum cultoribus Cha-
 ra Lux. Quam nobis diutissime seruare digne-
 tur, qui & vera, & vitalis, & sempiter-
 na est lux, illuminans omnem hominem
 venientem in hunc modum. Be-
 ne vale. Lutetia, postridie
 assumptæ Virginis
 in cœlum.

1551.



ORONTII FINEI REGII

Lutetiæ Mathematicarum professoris & il-
lustratoris ^{ἑννοίας}, ad ANTONIUM
MIZALDUM pro coniugio
cœli & Medi-
cinæ.



*ELLVRI cœlum si secula prisca maritāt:
Si sine vi cœli, si sine Sole nihil.
Si plantam gignit cum terra Phœbus: (et) illam
Fœcundans animat, promouet, atq; fouet.*

*E cœlo vires si stirpibus, atque metallis
Manant: queis morbos o Medicina leuas.
Hinc te de cœlo non dices iure profectam?
Ac inuentorem promeruisse Deum?
Si tibi materiam tellus immunda ministrat
Exhaustam, (et) (cœlum ni iuuet) exanimem?
Quid non te cœlo debere fateberis? ex quo
Certa salus agris statq; caditq; tuis?
Si cœlo tellus substernitur: infima cœlum
Si mouet: (et) proprio temperat arbitrio?
Num quidquam acceptum referes cœlestibus? Eic
Est quod posse putes viribus acta tuis?
Si humanum corpus, sine quo contempta iaceres,
Cœlo cognatam sustinet effigiem?
Dic agè, cur cœlum fraterno fœdere iunctum
Fastidis, ac si tetra venena daret?
Vis natum è gremio patris diuellerè? amabò,
Num Phœbo est genitus maximus Aescclapius?
Si inferiora vigent radijs moderata supernis?
Cynthia si morbos indicat una tuos?
Cessa sacrilego cœlum insectarier ore:
Et fratrem Astrologum noscere perge tuum.*

Sed hæc plus nimio: cùm tu, Mizalde, quibus suis
Id doctè ostendas, doctius excutias.
Coniugium scribis numerisq̄, modisq̄, probatum,
Astrologos medicis quo bene concilias.
Hactenus impietas hominum disiunxerat illos:
Quos tu coniungis, nec sinis esse duos.
Hoc fecit terra studium, ac inscitia crassa
Quorundam: cæli scandere summa vetans.
De quorum pluma non pauci sunt λογιστροί:
Queis cælum sordet, sordida terra placet.
Vnde suis dixere scholis, scripsere libellis,
Cælum cum medicis iuris habere nihil.
Tu contrà censes, Antoni, cogis, et instas:
Quod bellè prisci te docuère σοφοί.
Dum facis Astrologum medicum, medicum Astrologumq̄,
Esse doces unum quos duo vulgus habet.
Multa tibi debent cælum et medicina, reponent
(Crede mihi) meritis præmia digna tuis.
Fulgebit cælum blandè, menti q̄, fauebit:
Quam reddet diuis, dum tua Fata volent.
Vt tamen interea stet sana in corpore sano:
Curabit musis hoc medicina tuis.
Quæ duo concilians, quid agis, nisi quòd tibi cunctos
Concilias medicos, et simul Astrologos?
Qui te percupidè rogitant, Mizalde, rogari
Si tamen à doctis tu bene ferre potes.
Vt quos in magno numero noctesq̄, diesq̄
Describis libros ædere nil dubites.
Optati venient, relegantur non sine laude,
Ac immortalis nomine, viue, vale.

VIRESCIT VVLNERE
VIRTUS.



ANTONII

M I Z A L D I

MONSLVCIANI PLANETOLOGIA, REBUS ASTRONOMICIS, PHILOSOPHICIS, MEDICIS,

ET ALIIS REFERTA: CVM BREVI

demonstratione veteris societatis

Medicinæ & Astronomiæ,

quam prisca $\iota\alpha\tau\epsilon\omicron\mu\alpha\theta\eta\mu\alpha\tau\acute{\iota}\kappa\eta$

perappo-


sitè nuncu-

parunt.



PLANETIS, ac cœlestibus stellis, & signis, nomina nec temere, nec fabulosè indita fuisse.

CAPVT I.



QVIDEM IN EA semper fui opinione, ut existimauerim, nec ab re, nec per iocum planetis ac cœlestib⁹ stellis & signis, nomina indita fuisse: nec fingendi, dicendiue libidine à quopiam illis comparata esse: qn potius,

certa quadam ratione à primis rerum cœli obserua-

A

Planetis & signis nomina temerè imposita nō fuisse.

Poëtas multum ornamenti cœlesti philosophiæ attulisse.

Rerum cœli cognitionē pe-

toribus (ut postea ostendemus) bene , & appositè commenta fuisse: ut cuiusque planete natura, & signi cuiuslibet proprietas, similitudine quadam ad posteros commodè transferretur: & alterum ab altero propria appellatione, ut par est, distingueretur. Quod etiam ab ipsis hominibus in apponēdis rerum nomenclaturis (modò diligens fueris perscrutator) factum, obseruatumq; reperies. Ita tamen, ut notarum ipsarum, ac nominum bona pars, ab effectionibus rerum quas indicant, proprietatibusq; potissimum deducatur. Sic, quibus in rebus Agricultura uersatur, imò uerò ars quæuis, earum appellationes sanequàm appositas habet. Vnde laudi quoque dandum est rerum cœli inuentoribus, si hoc idem seruârunt, dum occultissimas planetarum ac signorum significationes uocibus perquàm accommodatis insigniuerunt. Quod etiam à Medicis in plærîsq; herbis, ac medicamentis familiare fuisse, & hodie in receptissimo usu esse non ignoras. Cæterum, cœlestibus his nominibus, cœlestiumq; decretorum, ac potestatum notis, plurimum ornamenti prisci attulerunt poëtæ: dum commentis suis illam philosophiæ partem, quæ ad stellas pertinet, inornatam relinquere noluerunt. Itaque, quemadmodum illi hominibus nomina effinxerunt pro eorum uirtutibus & uitiis: sic planetis ipsis ac signis, nomina quoque sub fabuloso cortice indere studuerunt, quæ per quandam similitudinem animalium, personarum, aut rerum aliarum, proprietates ipsarum stellarum, signorumue indicarent: ac designandis cum corporum, tum animorum constitutionibus, quæ ab illis prodeunt, oppidoquàm opportuna essent. Ergo, sicuti nauigationem consuetudo reperit,

rit, bellicam disciplinam usus, Rhetoricã, & omnem ^{perit observa-}
dicendi artem exercitatio, Agriculturam assiduitas, ^{tio.}
& Medicinam obseruatio: ita stellarum nomina, mo-
tum, significationes, & effectus, illa eadem obser-
uatio, ac pertinax sedulitas peperit. In qua, cum ma-
iorum nostrorum solertia tota esset, cum rerum cœ-
li peruestigationem, & partium eius nomenclatu-
ram diligenter perscrutaretur, ac cœlestium corpo-
rum rationem satis compertam adhuc non haberet,
ignes ætherios in genere, nunc stellas (quod stare pu-
taret) nunc sidera (opinor à fidendo) nuncupauit. ^{Stella unde}
Tandem uerò cum motuum cognitio, quæ ἀστρονομία ^{erraticæ &}
dicitur, in lucem prodiit, septem inferiores stellas ab ^{fixæ.}
ipso errore & uaga peragratiōe, uno omnes nomi-
ne πλανήτας, hoc est erraticas, & erroneas, cœtumq; re-
liquum superiorem, fixas & inerrantes (quod illa-
rum motus post centum annos, quod uitæ humanæ
spacium est longissimum, uix deprehendatur) gene-
ratim cognominauit. De quarum numeroſo thea-
tro, sicuti pauco tempore, pauca uix dignosci potue-
runt, ita permulto, quàm plurimæ. Quas nec frustra
moueri, nec incassum sua munera obire, certo cer-
tius existimandum est. Sed omnium maximè potesta-
tes planetarum ac naturæ (de quibus hîc sumus actu- ^{Planetarum}
ri) citò, ac facilè comprehensæ fuerunt: cum ob pro- ^{natura quo-}
pinquitatem, tum etiam ob motus celeritatem. Nam ^{modo cōpre-}
& cursus, & tempora quibus illos peragunt, & quid ^{hensæ.}
in coniunctionibus, quid item, in aspectibus, & in
singulis tum locis, tum signis decernant, indu-
stria adhibita, pedetentim assecutum est. Verùm hæc
ad alia properanti, quòd ad hunc locum attinet, fa-
tis erunt.

STELLAE quomodo dicenda calidæ, frigida, humida uel sicca: et quòd à sole non caleant: nec possint illorum qualitates à colore iudicari.

CAPUT II.



Authoris scopus, & institutum.

Cælum corruptibilis qualitatis expertum esse.

NE ILLOTIS, QUOD AIUNT, pedibus cœlesti hoc planetarum theatrum ingrediaris: & institutam de illis narrationem, astronomicam perinde atque medicam, temere attentes: precium operæ facturum me putavi, si pauca, hîc de cœli, & stellarum qualitatibus, de motu, orbibus, corpore, natura, & colore adnotauero. Quod, ut dictum, ita factum existimes, nunquam, opinor, is fuisti, qui dum cœlestia corpora, humida, sicca, frigida, uel calida legisti, aut scripsisti, id ipsum perinde atque de nostris corporibus, de stirpibus, & elementis, elementaribusq; rebus omnibus (ut paucis colligam) intelligere uolueris, nedum somniaueris. Nam corruptibilium corporum & uicissitudines subeuntium (quarum cœlum est expertum) proprium id esse, uel ex primis philosophiæ rudimentis iam olim didicisti. Recordaberis itaque nullum cœlis inesse elementaris qualitatis excessum, ut Peripateticè loquar: alioquin, siue ita compositum sit, iam esset tot seculis dissolutum, siue etiam simplex sit, tanta saltem magnitudine, potentia, & perenni motione cætera perdidisset omnia. Itaque tanquam moderatissimū omnia moderabitur, diuersaq; in unum cōmiscabit. Quando uerò dicimus non esse in cœlo ullum elementaris qualitatis excessum, intelligimus, nullam ibi esse insignem qualitatem, sed uirtutes potius, temperatarum qualitatum effectrices. Atque ubi quædam illic frigida,

frigida, siccaq; aut aliter nominamus, hæc Platonica accipimus ratione, ut frigidum appelletur, quod minimi caloris est causa: siccum uerò, quod humorem nobis exhibet minimum. Sic Ptolemæus in suo Mathematicarum prædictionū libro, scribit Saturnum corpus nostrum quodammodo frigidum atque siccum efficere, quia calorem & humorem nostro minorem suo radio desuper instillat: & ita de reliquis. Rectè igitur deinceps existimabis, primos rerū cœli scriptores, primos inuestigatores, primos nomēclatores, dum ex stellis alias humidas, alias siccas, frigidas item, uel calidas scripserunt: aliud nihil innuere uoluisse, quàm hanc, aut illam qualitatem in rebus inferioribus, magis, minus, pro insita cuique ui, uel augere, uel ciere, uel fouere. Id quod obseruationes eorū quæ quotidie contingunt, docere satis queunt. Luna enim, ut etiam Venus, & uaporosa alia quæuis cœli stella, in humido signo, cū humidis astris collocata, in aëre, & per illum sublunaribus materiis, ea plærunque excitat, quæ naturam stellarum cum quibus habet commercium, sequi solent: nimirum humiditatem. Sic Mars cum igneis signis, & stellis, æstum, Saturnus cum frigidis, frigiditatē, & ita deinceps: iuxta congenitam cuique signo ac stellæ uim, & naturam. Ergo in posterum tam hebes non eris, nec usque adeò stupidus rerum cœli philosophus, ut credas Solis corpus in suo orbe calidum esse, & proinde superiora nedum inferiora calefacere, adhæc Saturni frigidum, Martis igneum, Lunæ humidum, Veneris uaporosum, Iouis tepidum, & Mercurij uarium: sed bene in elementis: elementaribusque rebus, eiusmodi qualitates inducere, ac mouere, mouendo afficere, & afficiendo apparare, atque con-

Stellæ quomodo frigide, humida &c.

Demonstratio sanè: quàm pulchrâ, & apposita.

Quomodo stellis qualitates adscribende.

temperare existimabis: ut rerum omnium prouetus deorsum fiat: sequaturq; iusta ipsarum qualitatum fermentatio, permixtio, & alternatio: ex quarum probitate ac improbitate, tam generatio, quam corruptio manare solent. Quæ cum in cœlo nec sint, nec ut fiant necesse est: quorsum ibi calidum, frigidum, humidum, uel siccum statuas? Non itaque cœlis, nec partibus illorum stellatis, qualitates ullæ elementares inerunt, licet rebus omnibus mundi inferioris illinc, pro ui cuique stellæ, à primis cœlorum fundamentis (si ita loqui fas est) indita, certò impertiantur, ac deriuent. In quo parum admodum stupere debes: quando etiam sub cœlesti orbe multa reperias, quæ de crassa, & corruptibili materia, p̄ sibi infusa facultate, id aliis præstare possunt, quod in illis nequaquam agnoscas: usque adeò rebus ipsis naturalis quædam uis subest, qua multa, etiam ad stuporem efficiunt, & cæca uia operantur. Quarum rerum si publica à me testimonia exigis, præter innumera, prodigiosas aliquot aquarum naturas, ex Nasone, Lucretio, & Pontano, hinc (nam fusius in nostris rerum occultarum Commētariis) tibi recitare, neque cunctabor, neque grauabor.

Rerum mundi plurimarum occultæ sunt vires, ac operationes.

*Ouid. lib. 15.
Met. 4.*

*medio (inquit ille) tua corniger Ammon
Unda die gelida est: ortuq; obituq; calefcit.
Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur: minimos cum Luna recessit in orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera: quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis, & hinc Sybaris, uestris conterminus oris,
Electro similes faciunt, auroq; capillos.
Cui non audita est obscæna Salmacis unda,*

Acthiopesq;

*Aethiopesq; lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.*

*Clitorio quicumque sitim de fonte leuârit,
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis.*

Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis:

*Quem quicumque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm si mera uina bibisset:*

Est lacus Arcadiæ (Pheneum dixere priores)

Ambiguus suspectus aquis, quas nocte timeto:

Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Et Lucretius de fonte Iouis Dodonæi in
Epiro notissimi.

*Frigidus est etiam fons, supra quem sita sæpe
Stupa iacit flammam concepto protinus igni.*

Tedaq; consimili ratione accensa, per undas

Collucet: quocumque natans impellitur auris.

Adhæc Iouianus Pontanus in suis
Meteorologicis.

uideas lapidescere Sarni

Cæruleo sub fonte alnum, filicisq; maniplos:

Et paleæ intortos lento cum uimine culmos.

Haftenus illi. Quæ, si ut scribunt, se habent: si aquæ ipsæ crudæ, materiales, & corruptioni obnoxiaæ ea dant, ea mouent, & excitant, quæ de omniũ sensuum exploratione non sustinent: credibile est profectò, diuina stellarum corpora, ab omni materia, & corruptione aliena, occulto cœlesti priuilegio, multò maiora efficere posse. Volo dicere, ab insita sibi ui, humiditatem, caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & (ut paucis dicam) qualitates primas, & item secundas, aliaq; rebus sublunaribus desuper facilè instillare, atque afflare, tametsi illas nec habeant, nec in se

Mirabilis
aquarum na-
tura & pro-
prietates.

Stellas diui-
no priuilegio
in mouendis
qualitatibus
dotatas esse.

agnoscant. Sed quibus dominantur, ac pro arbitrio præscribant. Vnde stellæ ipsæ tales esse prorsum tibi debent, quales sunt qualitates, quas in rebus inferioris naturæ, uel fouent, uel excitant.

Solem stellarum corpora non calefacere.

Inepta planè & ridicula obiectio.

Vnde aut quomodo Sol calorem imprimat.

Sol itaque in suo orbe (ut id denuo repetam) tibi posthac neque calidus esse, neque stellarum corpora calefaciendo, sua propinquitate, aut perfrigerando, sua elongatione, ullo modo afficere existimabitur: affecta quæ, in aliam, atque aliam qualitatem transmutare. Quod sicubi aliter à nobis uel dictum, uel scriptum fuisse leges, uti etiã de stellarum coloribus, id doctrinæ, & demonstrationis gratia, modo quodam usitato factum fuisse tibi persuadebis. Ergo sicuti in cœlo nulla fit generatio, nec ite corruptio, nec qualitatis unius in aliam permutatio, ita in illo nullum corpus propriè calidum, frigidum, humidum, aut siccum esse putabitur. Sed, hîc sciolus quispiã, sic fortasse insurget. Quis præter unum IESVM CHRISTVM unquam de cœlis descendit, & rursus in illos ascendit, ut ista exploraret? ô quantum est in rebus inane? Quis, amabo te, nescit experientiam cessare, ubi certa ratio fidem facit? Quis, uel mediocriter in rebus mundi & naturæ uersatus, non intelligit calorem à solis uibratione & motu excitatum, ubique de radiorum eius reflexione concipi? ipsam quæ reflexionem, uel in aëre, uel per aërem fieri, ac diffundi? Iam cum in cœlo nullus sit aër, nihil prorsus aëreum, nihil corruptibile, & ex alia qualitate in aliam (ut id iterum, atque iterum in clamem) conuertibile, quomodo, illic de radiorum solis reflexione ulla fiet calefactio? Eia, hoc si uerissimum est, ut re uera esse constat, quid hîc nobis experientia opus est? aut quorsum in manifestis, probatis, & confessis palàm hæremus? nihil omnino

omnino credentes, nisi quod aut uidemus, aut con-
 tractamus? Hoc fortasse mihi concedens, ad alia trāf-
 fugies: nimirum martiæ stellæ corpus, igneum ac fer-
 uidum idcirco censeris, quia rutilum apparet, & Sa-
 turni frigidum, quia liuidum: Solis calidum, quia ful-
 uum, & aureum: Lunæ humidum, quia caliginoso-
 sum: Veneris uaporosum, quia albidum: Iouis tem-
 peratum, quia (ut sic dicam) argentaureum: & Mer-
 curij uariæ naturæ, quia uersicolor. Ego certè, ut
 paucis respondeam, audiendos nunquam putauis,
 qui & planetarum, & reliquarum cœli stellarū qua-
 litates à colore ex alto uenandas esse dixerunt. Vel
 ob id, quòd inter philosophos & medicos admodum
 cōueniat, colores infidos esse primarum qualitatum
 testes: etiã si tam sibi similes fuerint, quàm est (quod
 dicunt) ouum ouo, aut lac lacti. Id quod apertè indi-
 cabūt, Leucoij, & nymphæ, siue nenupharis flores.
 Quorum illi calidissimi sunt, hi uerò frigidissimi:
 licet in luthæo colore ambo uersentur. In qua diffe-
 rentia, calx & cerussa constituuntur: ex quibus illa
 calida esse censetur, hæc frigida: color utrobique can-
 didus, & penè idem. Sic flores uiolæ nigræ, & ireos,
 cœrulei quadamtenus sunt: hîc tamen cum tota sua
 planta calet, ille friget. Addam anemones & papaue-
 ris florem: qui tametsi sub eodem colore militant:
 qualitate nihilo minus inter se uariè differunt. Quæ
 demonstrationes, si tibi sordent, hinc ansam arripiã,
 ut tibi fortasse negem, sideribus colores ullos pro-
 priè & peculiariter inesse (qui à uaria primarum qua-
 litatum mixtione, quæ in cœlis nulla est oboriri so-
 lent) statuamq; illis potius fulgores, ac splendores,
 quàm aliud quiduis. Qui per aërem diffusi, quia nō
 uno modo nostros oculos afficiunt, ita nec similes

*Planetarum,
 ut rerū alia-
 rum qualita-
 tes ex colore
 pessimè iudi-
 cari.*

*Demonstrati-
 ones elegan-
 tissimæ.*

*Stellis fulgo-
 res potius,
 quàm colores
 inesse.*

Vnde varietas colorum in stellis, & stellarum radijs

utique in omnibus & planetis, & stellis apparent: cum ob naturam corporis ex quo splendor ipse exiit, tum etiam ob aëriæ regionis constitutionem, mutabilem, fugacem, ac planè uariam. Per quam ad nos radii stellarum modò recti, modò obliqui, & aliter iaculantur. Qui, quoniam à remotissimis, & æditissimis locis, per aërias nubeculas, & fumidum, caliginosumq; tractum, in oculum defluunt, idcirco uarii, ut uariæ sunt nubes, in qualitate, uel quantitate, nobis indicantur ac collucent. Ad quæ uisus nostri errorem, & hallucinationem etiam adiicies: qui hos, uel illos colores in cœlestibus corporibus, imò uerò in aërijs nubibus (quæ haud ita procul iacent), diuersimodè mentiri solet, atque effingere. Exempla, ut quotidiana, ita minimè obscura habes in Sole & Luna: quorum corpora, sub alio colore spectari in tractu cœli orientali & occidentali, quàm in meridiano nullus non uidet, nisi fortasse oculis malè lippus inunctis. Adhæc, per uapidum aërem aliter apparere, quàm per rubicundulas nubes, per pallidum cœlum, lutheum, rufum, aut fuscum, quàm per cœruleum, lymphidum, ac ferenum. In quarum rerum demonstrationibus, causis, & signis, quia Phænomena nostra, siue aëriæ Ephemerides, totæ sunt, uerbum non amplius addo.

*DE PLANETARVM, & reli-
quarum stellarum corporibus, qualianam sint,
& quòd suis orbibus non insigantur: nec ab il-
lis moueantur, uehanturue. Adhæc, quòd rectè
orbiculata sint, & circuli in cœlo imaginarij o-
mnes habeantur.*

Caput

CAPVT III.



HY SICORVM communis est sententia, quòd planetarum, uti etiam reliquarum cœli stellarum corpora, ex cœcretiore suo rum orbiu parte cõstãt. In qua multum luminis coactum est, ex quo illa magis lucet.

Orbes planetarum elementa non esse, nec quidpiam elementare continere.

Qui orbes, sicuti elementa non sunt, ita nec elementare quidquam continent sicuti de illorum stellis dictum est non calidum, non frigidum, non siccum, non humidum: sed alia quædam sunt, siue natura, siue, ut hodie loquuntur, essentia: quæ quintam nuncupare, multis uisum fuit. Cum itaque stellas uel corpora dici, uel illis corpus ascribi, posthac audies, aut leges, perinde atque de elementaribus corporibus illud ipsum intelligere cauebis. Quamquam dimensionem recipere, quæ suis circumscribatur terminis, non ificiamur: sed mutari, ut nostra corpora, & corrumpi, ut inferiora, in aliasque naturas, ac qualitates transire, (quod elementarium corporum est proprium) plane reiicimus, ac negamus. Nam cœlum, ut etiam stellæ eius omnes, diuinitatis est particeps: & proinde corporeæ commotionis, elementarisque alternationis prorsum expers. Quæ cœli stellæ, tametsi moueantur assidue, id certe non habent, aguntue ut inferiora corpora, ac elementa ex quibus, ut dictum est, constamus. Eo enim motu (exclodo uniuersalem) illas propriè moueri censesmus, quæ solis corporibus cœlestibus suus est, & rebus immortalibus peculiaris. Deinceps itaque existimabis, stellas, & maximè planetas, per suos orbes motu peculiari, & diuinitus insito progredi: nunc accedendo, nunc recedendo, tardando quandoque, quandoque accelerando: aliàs descendendo, nonnumquam ascendendo, & aliter: sicuti quotannis intuentium oculis patet: pro cuiusque stellæ uis, à Deo omnium motore particulatim data & concessa: non uiolenter, ut multi scripserunt, sed naturaliter: nec

Stellæ quomodo dicantur habere corpora.

Quo propriè motu stellæ moueantur.

Stellarum & maximè planetarum motus.

*Motus ani-
malium.*

*Elegās ana-
logia motus
animaliū, ad
motum cœle-
stium corpo-
rum.*

*Stellarū cor-
pora suis orbi-
bus infixā nō
esse.*

coactè, sed liberè: ita, ut ordinem, & numeros quos cœlestiū Choragus modulatur, sua sequantur spon- te, atque ab officio nunquam recedant: nulla externa vi, nec ullo adminiculo, nullāue forinfecus necessitate adducta. Quod certè, etsi miraculum non paruum habet, temperabitur nihilominus, si sedulò animad- uerteris, nullum animalium sese mouentium, alieno & externo instrumento, ut moueatur, egere: sed tan- tummodo proprio, sibiq; à natura insito: ex quo mo- tus animali cuiq; suus emergit: & pro corporis cu- iusque forma, ac modulo naturalis habetur. Sic testu- dines, quadrupedando mouentur: serpentes, repen- do: pisces, natando ac lubricando: aues, uolando: can- cri, regradatim eundo: homines, ac iumenta, alterna- tim pedes protendendo, & ita de reliquis. Hinc uide- mus aues nunc sursum, nunc contrà deorsum, quan- doque ad dextram, nonnunquam ad sinistram, uola- tum exercere: & pisces natatum: non rarò etiam fide- re. Nam sic à natura, ui propria instituuntur. Ambu- lant ea de causa auium quædam, ut cornices: saliunt aliquæ, ut passeres, & merulæ: currunt aliæ, ut perdi- ces, & rusticulæ: ante se pedes iaciunt nonnullæ, ut ci- conix, & grues: aliquot in sublime sese attollunt, & recto uolatu (etiam ex aqua) cœlum petunt, ut anates, &c. Quorum motuum uias, unà cum ratio- ne usque adeò diuersas, si in corruptibilium anima- lium corporibus agnoscis, in diuinis, & cœlestibus, propius (opinor) agnosces: atque illinc facilè colliges stellarū corpora, & maximè planetarū, suis orbibus, (ut sunt clauis in rota), nullo modo defixa esse: quæ- admodū multis etiā summis philosophis, tradere ui- sum est. Adhęc ab illis ipsis orbib⁹ motu particulari nequaquā rapi. Si em̄ hoc esset, eadē semp̄ latitudinē (ut de

(ut de lōgitudine nihil dicā) retinerēt: qđ falsissimū esse multa docent: quæ sanè ad alia festinans, libenter omitto. Non itaque, perinde atque cum rota clauis, & cum nauis, ea quæ eius tabulatis affixa sunt, mouebuntur planetæ: sed potius, ut nautæ: qui cum nauis longius procedendo, iter suum conficiunt, & per eam à dextro latere in sinistrum, & rursus à sinistro in dextrum, rectè, uel obliquè discursantes, officium suum peragunt: quandoque stando, nonnunquam retrocedēdo, & aliter. Sed uelim hīc mihi dicant, qui arbitrantur planetas in suis circulis defigi, in hisq; (ceu homines in curru) uehi, à quibusnam circuli illi moueantur? Num à propria uis, & insita natura? maximè, inquit. Hoc si est, cur non stellarum quoq; corpora, sua etiam uis, & natura mouebuntur? Præterea, si planetarum corpora, quæ (ut diximus) ex cōcretione sui orbis parte constant, omnibus in conspectum palàm prodeunt, cur itidem circuli ipsi, quos ex suorum orbium concretione constare par est, in eundem conspectum non emergunt? Hoc cum minus fiat, credibile est & circulos, & orbis, re ipsa in cœlis nullos esse: quos docendi, demonstrandiq; gratia, unà cum uariis linearum sectionibus, & earūdem multipliciter figurata descriptione, solertes uiri, uel ob id commenti mihi uidentur: quòd uix alia ratione cœlestis disciplina, ac cœlestium progressionum cognitio tradi pōterat. In quo sanè diuinā industriam, & mirabilem inuentionem summa laude prosequendam semper existimaui. Nam, quid per deos immortales in disciplinis utilius? quid ad docendum accommodatius, quàm ut intellectui præfidiū, ac uires sensus ipsi subministrant? & quod intellectus contemplando assequitur, id ipsum quoque oculis uidendū,

Apta nauarum ad planetas cōparatio.

Obiectio ingeniosa de circulis planetarum.

Laudantur inuectores theoreticæ planetarum, & mathematicorum instrumentorum.

ac manibus contrectandum exponatur? quemadmodum in horologijs, & mathematicis organis, instrumentis, & machinulis quàm plurimis, diuina arte, potius quàm humana excogitatis, intueri licet, attrectare, ac contemplari.

Ouid. Lib. 1.
Fast.

Fælices homines quibus hæc cognoscere primum: |

Inq̄ domos superas scandere cura fuit.

Credibile est illos pariter vitijsq̄, iocisq̄,

Altius humanis exeruisse caput.

Non Venus, & vinum sublimia pectora fregit:

Officiūq̄ fori, militiæue labor.

Non leuis ambitio, perfusaq̄ gloria fuco:

Magnarūq̄ fames sollicitauit opum.

Admonere oculis distantia sidera nostris:

Aetheraq̄ ingenio supposuere suo.

Circuli in cælo omnes imaginarij & ficti.

Rectè itaque, & appositè cōmenti sunt, epicyclos, eccentricos, augium lineas deferentes, & circulos alios innumeros, de planetarum theorijs excipiēdos. Qui omnes, (quia cœli moles continua tota est) imaginarij prorsum habendi sunt: sed tamen artificiosè ad motus demonstrandos, & eliciendos, ut dictum est, excogitati. Quomodo in Hydrographia uentorum lineæ pro nauigatione: in Geographia, climatum, & parallelorum distinctiones, pro locorum situ, & horarum uarietate: in Cosmographia, Zonarum positiones, pro explorandis regionum temperaturis, & ita deinceps. Habebis itaque, ut rem istam aliquando tibi confirmem, imaginarios omnis generis in cœlo circulos uniuersos, cum ob multa, tum quòd quæ illic oculis non cernuntur corpora, ea nusquam esse coniectandum est. Nam, uel lucida essent, uel opaca. Si primum, per se uiderentur: si postremum, saltem luce præfente clarescerent: ut in Luna apparet: cuius corpus,

Cir in cælo circuli multi.

corpus, ex se alioquin obscurū, & sua natura opacū, de Solis maiestate illustrari, uideri q̄; nemo, etiam à φιλόσοφο, negauerit. Quod unū, si in cœlestibus circulis, à sole minūis fieri posse cōtendis, fortasse ab ea stella quam tu epicyclo insidere, figi q̄; prædicas, uel ab utroque simul, fieri posse annues? Atqui, nec hoc, nec illo modo, ulli unquam circuli in cœlis, ne Lynceo quidē, (uel, si quid eo oculatius fabulatū est) hactenus apparuerunt. Itaque, ibi uel nulli erunt, uel, si sunt, ociosi, (contra naturæ scopum) omnes esse censebuntur. & proinde planetas neque uehere, neq; agitare, quib⁹ colligere per facile erit, illos à suis orbibus nullo pacto agi ferri q̄; quin potiùs, à seipsis, & uidiuinitus cuiq; insita moueri: cum multò sint perfectiores, quàm nostra corpora. Vnde alienis, ascititijs q̄; instrumentis non indigent: aptā, concinnam q̄; suis motionibus figuram, tã ex toto, quàm in parte adepti. Quæ, quorsum (obsecro te) orbiculata, uti uidemus, fuisset, nisi à se orbiculatim planetæ mouerētur? nihil fanè ineptè, nihil frustra, nihil absurdè, natura unquã instituit: quin ueriùs omnibus optimè (quoad eius fieri potuit cōsultū ac prospectū uoluit: unicuique rei mūdi, quod ex eius usu esset, libenter imperiens. Vnde si orbibus suis planetas infigi uoluisset, credibile est, q̄ illos exactè omni ex parte, uti sunt, orbiculatos nūquã ædidisset: sed uel acuisset, uel in proprijs orbibus (ut sunt in cœlatis téplorū testudinibus, lãpades, & in cubiculorū laquearibus, orichalcea candelabra) appēdisset, uel cōplanasset, perpolitissq; cœlorū cōmissuris glutinasset: qđ secus esse, uel de aspectu oīb⁹ cōstat. Ex quo, & alijs paulò antè scriptis, facile, opinor, mihi cōcedes: qđ neq; cœlo, neq; suis orbibus ifixa sunt planetarū corpora, quæ quotānis, imò

*Quoniam p̄
cto feratur,
ac mouean-
tur planeta.*

*Cur plane-
tis & stellis
orbiculata fi-
gura.*

*Stellarū cor-
pora cœlis nō
infixa esse.*

*Parascene
ad sequen-
tia.*

uerò quotidie per Zodiaci longitudinem, & latitudinem pro insita cuiq; ui. liberè ire, atq; uagari, nisi es talpa, aut fungus saltem in Luna) perspicuè uides, Sed de his impræsentiarum fatis, uel fortasse plura quàm opus fuit. Nunc demum restat, ut propositum curriculum seriò ingrediamur, hoc est, planetarum (qui præcipua sunt mundi ornamenta) cum humanis corporibus concentum, medicè equè ac astronomicè explicemus: à Sole stellarum omnium principe auspicantes. A quo reliqui planetæ omnes, nisi breuib; sic fatis deambulationibus (ceu satellites à suo Rege & magistratu) abesse nequeunt. Qui si fortasse longius processerunt, retrò confestim recurrunt. Nec temere mea quidem sententia.

*Nam medios cæli tractus, mediam ætheris oram,
Fons lucis Sol auricomus, Sol igneus, ambit.*

Sol qui terrarum flammis opera omnia lustrat.

Sol qui cælicolũm est princeps, ductorq; choreæ:

Ad cuius numeros totus componitur orbis:

Atque capit leges, præscriptaq; fœdera seruat.

Sed encomio Solis dimisso, quod equidem ut etiam reliquarum stellarũ, poëticum nostrum opusculum de mundi sphæra, & rebus cœlestibus propediem latius decantabit, promissa explere fatagamus.

*ASTRONOMICA equè, atque medica,
& philosophica de Sole narratio.*

C A P V T I I I I.



OLEM uariis appellationibus (ut hinc ordiar) & iisdem sanèquam appositis, priscos rerum cœli & naturæ interpretes meritò insigniuisse semper existimaui. In quibus, ut poëticas omittam, celebres

lebres habentur, Phœbus & Apollo. Illa, quòd *φῶς τοῦ βίῃ*, hoc est, lumē uite omnibus infundat. *Ἡεῦ*, Eusebio teste, quòd *ἀπαλλάττει τοὺς νόσους*, id est morbos delet. Vnde primam medicinæ originem, ritè sibi inauthorare, seq; opiferum, apud Nasonem, iureuocare, mihi uidetur.

Cur Sol dicatur phœbus & Apollo.

Inuentum (inquit) Medicina meū est: opiferq; per orbem Dicor.

Nam salutaribus suis radijs, adhæc uitali motu, & tempore planè diuino, quæcunque de uastissimo telluris utero prodeunt: & materiam curandis, abigendisq; morbis idoneam sufficiunt, desuper uegetat, fouet, ac facultatibus partim cognitis, partim abstrusis, aspirante reliquo stellarū choro, efficaciter illustrat. Ex quo fit, ut apud eūdē Poëtam de se etiā meritò dicat, *herbarum subiecta potentia nobis.*

Cur Sol, siue Apollo medicina inuētor.

Ille enim unus est, qui & luce, & uiribus, & calore, adhæc magnitudine, energiea, ac spiritu, uniuerſa tam in superiori, quàm inferiori mundo excellit: leniter calefaciens, & fouens: cum effectione sensibus manifestiore, quàm reliquorum planetarū. In quam rem fidissimum accersam testem Claud. Ptolem. sua sic lingua nobiscū loquentē, *ὁ ἥλιος κατείληπται τὸ ποιητικὸν ἔχων τῆς οὐσίας ἐν τῷ θερμαίνειν ἢ ἕρμα ξηραίνειν: ταῦτα δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων ἡμῶν ευακρητότερα γίνεται ὅσα τε τὸ μεγεθὸς αὐτοῦ, καὶ τὸ τῶν κατὰ τὰς ὥρας μεταβολῶν ἐναργής.* Quod est: constat Solem uim habere calefaciendi, & leniter desiccādi: quæ effectiones facilius sensibus percipiuntur, quàm aliarum stellarum: propter eius magnitudinē, & euidentes mutationes in anni uicibus ac temporibus. Hæc ille. Quæ dum argutissimus inter Peripateticos Auerrhoës, præclarè, ut multa, intelligeret, cum antiqua philosophia, uitæ & generationis seminaria, pe-

Ouid. Lib. i. Meta.

Claud. Ptolem. libro i. ἀποτελεσματων.

*Sol, quomodo
vita & gene-
rationis au-
thor.*

*Terram solis
radios mere-
triciari.*

*Aristoteles
lib. i. de phy-
sica, auscult.*

*Soli spiritus
ascribuntur,
quorum est fau-
tor & exci-
tator.*

nes. Solem constantissimè deponere nihil est ueritus. ut, qui moderatum calorem, primigenium rerū humidum, modificantem, foueat, & excitandum, uegetandumq; suscipiat: sicuti succisua rerum mundi generatio quotannis indicat. Quotusquisque enim est, qui naturæ seriem contemplans, non uidet de Solis accessu & recessu, uitæ, ac interitus signa in omnibus infundi? quid inquam signa? imò uerò uitā ipsam, & interitum præsentissimè immitti? Quis non obseruat quotannis exporrectissimum telluris gremium, solares radios (in quibus tepor ille æthereus, & aura planè cœlestis omnia exhilarans delitescit) tanquam semen aliquod uitale, & prolificum, non dicam excipere, sed uteri muliebris modò, ad rerum generationem, quasi emulgere, ac pertinacissimè retinere. Quod in animalium, nedum uegetabilium generatione, & per certos gradus incremento, cum Peripateticis locum etiam habere tibi persuadebis. Nam Sol & homo, ut scribit Aristoteles, hominem generant, Sol & planta, plantam. Qui homo, (nam de illius corporis sympathia, & ὁμοιότης cum cœlis hîc maximè agere institui) quia quandiu spirat, uiuere dicitur, ideo spiritus (quos pro innato calore incomparabilis ille Galenus quandoque agnoscit) corpus mouentes, sensus excitantes, & cogitationes, mentemq; fouentes, Soli qui uniuersa mouet, agitq;, & uiuētium omnium, post Deum, est causa, iure optimo ueneranda ascripsit antiquitas. Qui spiritus, Homero omnis philosophiæ fonti uberrimo, tales quotidie nobis inesse traduntur, quales Sol, planetarum princeps ac dominus, afflat, mouet, irradiat, & p̄ mediū aërē apparat, excoquit, ac elaborat. Quē unū (aërē dico) quæ Hippocrati & Galeno, qualis

qualis qualis est, uelim⁹ nolim⁹, cōtinēter, ac necessa-
riò inspirare cogimur: & pulmonū adminiculo, per
os, & asperā arteriā, attrahere: & hinc rursus in fini-
strū cordis uētriculū, spiritū corpus uegetātium, &
animalē uim, ut alibi docuimus, instaurātiū, & fouē-
tium plenissimū, emittere: Adhæc in cerebrū, per na-
res, & ī corpus uniuersum, quod totū est cōspirabile
& cōfluxile, per arteriarū anastomoses, & poros ex-
cipere: mirū uideri nō debet, si pro aëris motu & tē-
peratura, de Sole & uniuersa cœli facie pēdente, uno
die, quàm alio hebetiores nobis spūs, aut acutiores
inesse deprehēdātur. Præsertim animales, & q̄ ab his
manāt sensus, rationi perinde seruiētes, atq; sanguini
spiritus ipsi. Vnde, illi tales nobis adesse solēt, quales
sunt spiritus, & spiritus tales, qualis est sanguis hu-
mores reliquos cōplexus. Quos humores, ab aëre, &
his quæ ītra corpus iniiciūtur, sic uel sic tēperari, ac
modificari, docet medicus, assentiē philosophus. Ex
quo, rectè dixisse mihi semper sunt uisi Hippocrates,
& illius σύχρον Democritus, cū plerisq; oībus medi-
cis & philosophis, permultū referre, sub quali celo &
solo corpora locentur ac uiuant. Quod in plantis,
nedum in folis hoībus etiā locū habere existimabis.

*Aëris neces-
sitas & sum-
ma in nostrū
corpus eueg-
yeta.*

*Spiritus no-
stros aëri sub-
seruire.*

*Hic segetes (inquit Poëta) illic ueniunt fœlicius uua:
Arborei fœtus alibi: atque iniussa uirescunt
Gramina.* Et rursus.

*Virgilius in
Georgicis.*

Nec uerò terre ferre omnes omnia possunt:

Fluminibus salices, crassisq; paludibus Alni

Nascuntur: steriles saxosis montibus Orni.

Littora Myrtetis latissima denique apertis.

Bacchus amat colles, aquilonem, & frigora Taxi.

In brutis præterea, & auium oī ferè genere, id ipsum
etiā tibi licebit, dum uoles explorare. Quibus natu-

*Volucres ut
etiam homi-
nes aëri sub-
ijci.*

lib. Georg. ij.

rale hoc esse solet: ut per serenū aërem & lympidissi-
mum cœlum, exhilarentur, cantillent, & (ut sic dicā)
rideant: per obscurum uerò & pluuium, tristentur
& gemant: uel fidem faciente eodem Poëta.

Verum (inquit) ubi tempestas, et) cœli mobilis humor

Mutauere vias: et) Iupiter humidus, austris

Densat erant quæ rara modò, et) quæ densa relaxat:

Vertuntur species animorum, et) corpora motus

Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,

Concipiunt. Hinc ille auium concentus in agris,

Et læta pecudes, et) onantes gutture Corui.

*Calor inma-
tos, quid com-
mune habeat
eū solaribus
radijs.*

Sed de his copiosius leges ī nostris Phenomenis, aut
(si mauis) Ephemeridibus aërijs. Erit itaq; Sol, ut eò
redeam unde abiij, spirituum, corpus & animum per
aërem modificantiū, & impellētium, fautor ac illu-
strator. Qui, quandiu suā symmetriā, seruabunt, mē-
tem sanā in corpore sano, tantisper tuebūtur, donec
cū innato calore utrūq; deserere cogentur. Qui sanè
calor cōmune hoc habet cum solaribus radijs (unde
ignē cœlestē, & radiū alicubi uocat Galenus) ut qua-
quauersum citò, nisi fortasse in refractaria materia,
penetret: sensuumq; titillatiōes uarias, & motiones cū
corporis, tum animi multiplices, excitet. Quod, uel
rusticæ mulierculæ ad colū & pensa natæ, cognoue-
rūt stupidos, hebetes, & obtusos, nō sine graui nota,
eos iclamātes, qbus calidū hoc paucū ad est: & proin-
de paucos è sanguine spiritus educit: quos Hippocra-
tes, Galeno teste, *θεμouύνας*, hoc est impetum facientes,
scita appellatiōe omniū primus nuncupauit. Ceterū
q̄a in humanis corporibus sedē aliquā esse oportuit,
in qua calor ille uerè diuinus, tanquam in prætorio,
ius suū exerceret, & in reliquum corpus aurigante
spiritu, radios suos uitales effunderet, familiāq; uni-
uersam

uerfam foueret, & fotam moueret: prifci rerum corporis nomenclatores, illam ipfam fedē cor dixerunt: Soli, ut alibi monuimus, destinatum, eiq; fanēquam simile, (in quo trifte iacet hoc uiuere noſtrum, partim cauum, & finuoſum, ut ſanguinem caloris hoſpitem, dextro ſuo ſinu contineat, & artificioſa naturæ œconomia, per uenā arterioſam, quaſi per canalem & tubulum à prædiuite fonte, & uerè aureo manantem, pulmones nutriat, ac refocillet, partim etiā ſpiſſum, & pariete craſſiore, ſiniſtro ſinu obualatum: ne dictus calor, unā cum ſpiritu (cuius eſt comes) diffletur & exhalet: præpediatq; ne hac & illac, ob partiū tenuitatem, adminiculante ualuarum multitudine, totus ſenſim effluat: & corpus moribūdum, frigidū ac inutile relinquat: non ſecus atque Sol terram: dum ab ea uiuificos ſuos radios longius euocat: agit, & ſubducit. Sed hīc me dies poti⁹ deficiat, quā uerba. Itaque à Sole ad Lunam, aut (ſi placet) à fratre ad ſororem, uiam præmōſtrante mihi natura opportunè trāſeo. In qua parcius calamum exercebo, cū ob alia, tum quòd de uarijs eius effectis in hæc inferiora ſenſui maniſteſſimis, fuſiſſimè in noſtra Lunę & oceani cōcordia, tibi ſum propediē ſcripturus. Verūmenimuerò, priuſquam hinc abeam, monuiſſe non pigebit, quòd Sol & Luna in humanis corporibus peculiare quicquam propriè non agnoſcunt. Nam uniuerſales rectorēs rerum omnium mundi, nedum corporis, ſecundum Deum, antiquis, & maximè Trimegiſto habentur. Vnde particularia queque dedignantur. In reliquis planetis, ſecus accidere audies. His poſitis, inſtitutum noſtrum, aſpirante Mercurio, hunc in modum & ſequor, & perficio.

*Cor humanū
Soli deſtinatum ſedes eſt
& fundamētum caloris
natiui.*

Cordis pulchra auaritia me.

*Sol & Luna
uniuerſales ſunt rerum
mundi & corporis rectorēs.*

DE LUNA medica simul et astronomica narratio.

C A P V T V:



LUNA à primis Græcorum nomenclaturis *σελιωή* dicta est, quòd τὸ σέλας, hoc est lumen, ἄνω desuper, habeat: uel, quòd *παρὰ τὸ σέλας αἰεὶ νέον ἔχει*, quia lumen semper nouum habet. Sed omiſſa nominis ratioe, medicè & astronomicè de Luna philosophemur. Posteaquàm perfectum hominem uitalis aura suscepit, seq; diuinæ mētis spiritus, corpori infudit, certum est (ut scripsit Firmicus) quòd cōpositi natura, pro qualitate cursus Lunæ moderatur, eiusq; motum ac uires agnoscit. In quã rem uerba Claud. Ptolemæi Firmico subscribentis, tibi profero *ἡ σελιωή* (inquit) *σηλοῖ τὰ τ' σώματα, ὡς ὁμοιοῦνται αὐτῇ κατὰ τὴν κίνησιν*: qd' est. Luna significat ea quæ corporis sunt: ut quæ ei pro motu similia censeantur: profero & Claud. Galeni, Ptolemæo concinentis sententiam alteram, ex tertio dierum decretōriorum libro, ne quis commētum putet. Porro illud (inquit) denuo repetendum, quod nos obseruantes uerissimum esse comperimus ab Aegyptiis astronomis inuentum, Lunam non modò ægris, sed etiam sanis, dies quales tandem futuri sunt posse præmonstrare. Omitto reliqua tibi in sequentibus fusissimè describenda. Est itaque Lunæ progressio sagaci inquisitione cum aliis, tum medicis non indigna: cuius statum nisi ad unguem tenuerint, propriæ cæcitatibus duces, & stolidæ mentis præcones, in errores quàm plurimos prolabantur, ut author est Maternus. Quod uiderint scioli aliquot, rerum

Humanū corpus motui Lunæ subijci.

Aphor. lxi.

Galenī sententiæ medicis summè aduertenda.

rum

rum cœli uniuersarum, nedum folius Lunæ derisores, & contemptores: de quibus per occasionē alibi. Constat fanè quòd Luna in rerum generatione, ob humidum cui præest, materiæ subministratrix habetur: perinde atque Sol, ob calidum, formæ quorum alterum sine altero, indiuiduo, & fraterno societatis uinculo, quàm ægrè stare possit, uel philosophiæ tyrunculo tam notum esse arbitror, quàm est cocis suum (quod dicunt) piper. Adducam tamē Ptolemæi testimonium. ἢ Σελήνη (inquit,) τὸ μὲν πλεον ἔχει τῆς δυνάμεως ἐν τῷ ὑγραίνει, διὰ τὴν πᾶσι γεινότητά δηλονότι, καὶ τὴν τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιάσιν καὶ διατίθῃσιν, ὅντως ἀντικριστὰ σώματα πεπεταίσασα τὰ πλείστα, κεκοινώνηκε δὲ ἡρέμα καὶ τὴν θερμαίνειν διὰ τοὺς ἀπὸ τοῦ ἡλίου φωτισμοῦς. Quod sonat. Luna quidem humectando antecellit, quia terræ proxima est, & humidis uaporibus uicina: manifestè igitur hoc modo corpora afficit, mollia reddit, & plerunq; putrefacit: aliquantum uerò & calefacit propterea quòd à Sole lumen accipit. Quam rem dum primi rerum cœli obseruatores animaduertissent, proxima & coniuncta in Zodiaco domicilia, utrisque appositissimè statuisse mihi semper sunt uisi: Soli in Leone masculino signo, diurno, calido & sicco. Lunæ uerò in Cancro, fœminino, nocturno, frigido, & humido, cuiusmodi Luna esse perhibetur. Vnde illa matris uices, ob humidi prouentum, & Sol patris, ob calidi largam manum, in rerum generatione, non ineptè sustinere traditur. Quibus addes, quòd quæadmodū natura negatū est animal nasci, nisi ex utriusq; gignētium (maris, inquam, ac fœminæ (copula & cōsortio (putredinē excludo) ita ubi Solis & Lunæ cōgressus ac præsentia desiderātur, in inferiori hac rerū materia produci cōmodè potest nihil. Quod egregiè intelle-

*Luna mater
ria est submi
nistratrix, et
Sol formæ.*

*Lib. i. Ἀπο
τελ.*

*Solis & Lunæ
proxima
in cœlo domi
cilia.*

*Solis & Luna
na præstan-
tia, ac digni-
tas.*

*Sol & Luna
generationis
rerum autho-
res & fomi-
tes.*

*Luna Solis
sociâ, vica-
ria, & soror.*

xisse mihi uidetur Orpheus in suis hymnis:utrūque
uiuificos & prolificos mundi oculos nūcupans:& ue-
rè ter maximus Hermes, duo rerum naturæ organa
præstantissima, Mofi κατ'ἐμφασιν Luminaria dicta, iti-
dem inscribens. A quibus non longè recessit Plato:
Solem & Lunam magnos mundi deos alicubi nomi-
nans, & legislatori Mofi acquiescens Ptolemæus,
τὰ φώτα, hoc est lumina, & hęc & illum per appositè di-
cens ac uocitans. Ergo, ut è diuerticulo in uiam re-
deam:sicuti se habent in generatione materia & for-
ma, adhęc genus, quod è mare constat & fœmina,
insuper tempus, quod die & nocte metitur, sic se ha-
bere solent Sol & Luna, generationis rerū omnium
post deum authores, & penè dixerim, parentes. Nam
Luna materiam aptat & præstruit, Sol formam indu-
cit. Hic, quia mas, diurnum tempus moderatur: illa,
quia fœmina, nocturnum. Rursum, hęc corpori ali-
moniam præstat, ille, animalitatem, ut ita dicam, ser-
uat ac tuetur. Nihil ille negligit eorum quæ spiri-
tui & sensibus, quæquæ animato corpori conferunt,
hęc, nihil eorum quæ ipsi corpori, & eius materiali
compagini debentur. Quæ, & alia multa, cū eru-
dita antiquitas animaduertisset, Lunã Solis sociam,
uicariam, & sororem, (unde ut ille Phœbus, ita hęc
Phœbe dicitur) necnon uitæ rerum omnium cum
illo custodem rectè admodum statuisse mihi semper
est uisa. Nec temere meo iudicio. Nam ex eodè par-
tu eodèmq; utero, ut egregiè sunt philosophati
poëtæ, utrunque in Delo edidit Latona, mater, &
parens. Vnde, fraternis ligari legibus, pariaq; habe-
re multa, & furtiuam copulationem olim admisisse,
ut hodie singulis mēsis manifestam, non est quòd
legendo, imò uerò uidendo, posthac mireris: nec ad-
modum

modum mouearis, si Lunam morborum testem, ac indicem esse audis: adhuc eorum ferè omnium quæ incidunt, in his, aut alibi, sociam, & causam cum Sole, penè dixerim magistram. In quam rem duorum in rebus cœli & nature exercitatisimorum uirorum, testimonia, ne quicquam à me hinc commetum putes, in medium tibi proferam: Galeni primùm, deinde Ptolemei. Quæ incidunt (inquit Galenus) omnibus his quæ subsunt, horum causam Luna habere obseruata est, maximeq; in tetragonis, & diametris stationibus ea immutans. Nam si in Tauro existente illa, semen concipiatur, uel partus, uel alterius cuiusdam principium contigerit, magnas eius mutationes inuenias, cum in Leone, Scorpio, & Aquario signiferum ambiuerit. deinde hæc subnectit. Porro, illud denuo repetendum, quod obseruantes uerissimum esse comperimus ab Aegyptiis astronomis inuentum, Lunam non modò ægris, sed etiam sanis dies quales tandem futuri sunt posse prænuntiare. Si enim cum planetis temperatis steterit, (quos etiam salutare Latini, ἀγαθοποιός Græci nominant) illos faustos, ac bonos producet, si cum intemperatis erit (quos Latini maleficos, Græci κακοποιός dicunt) graues ac molestos experietur. Fingamus (inquit) hominem quodam nascente, salutare planetas in Ariete, malignos uerò in Tauro esse. Is homo, cum Luna in Ariete, Cancro, Libra, & Capricorno fuerit, pulchrè deget. Cum uerò Taurum ipsum, uel eius tetragonum aliquod, uel diametrum signum occupabit, malè, & molestè uitam tráfiget. Atque morborum initia huic cum Luna in Tauro, Leone, Scorpio, & Aquario fuerit, pessima erunt: sine periculo autem, & salutaria, cum Arietem, Cancrum, Libram, & Capricornum permearit. Hactenus Galenus. Se-

Luna morborum testis est ac index.

Lib. iij. de diebus decre.

Galenus rerum cœlestium peritissimus.

Lib. 1. Apo-
l.

Lib. eodem.

Lib. sue ma-
theseos. 4.

Testimonio =
rum multitu-
do ad faciendā
fidem est effi-
cax.

quitur Ptolemæi testimonium, quo in rebus cœli (quod sciam) nullus φυσικός εἶδος. Si quis rectè considerauerit (inquit) facilè intelliget non modò constitutiones rerum affici, à Solis, Lunæ, & stellarum motibus necesse esse, sed etiam seminum initia, & perfectiones fingi ac informari. addit paulò post. Quicquid in uniuersum accidit, hoc non contemplatione nature, sed sola obseruatione de eidentibus Solis & Lunæ, necnon reliquarum stellarum configurationibus manare solet. Hæc summi illi uiri: qui quântum Lunæ tribuant: nisi ad illorum sententias, ceu ad ἐπιπέδον uocem obsurdescis, uel me tacète, audire facilè potes. Quæ si paruam adhuc fidem tibi faciunt, unum atque alterum eiusdem Galeni testimonium tibi rursus depromam. Luna (inquit) ut princeps non mediocris inter Solem & nos medius constitutus, terrestrem regionem meritò gubernare cœsetur, nō potentia modò cæteros planetas, sed uicinitate etiam superans: crescente ea, augmenta in corporibus sentimus, decrecente uerò, damna & detrimenta. Hanc Galeni sententiam Iulius Firmicus, cœlestiū interpretum, apud Latinos primus & princeps, tibi hunc in modum obfirmabit. Scire (inquit) debemus, quid humani corporis Luna susceperit: & quid illius potestati deputatum sit. Nam & crescentis in ea luminis augmenta: & deficientis, dāna sentimus. Medullæ humani corporis cum illa crescunt, cum uerò luminibus cœperit inanis destitui, tenuati corporis fatigatione languescunt: sed & humanum corpus deficiente ea, deficit: & crescente, solennibus complementis emundatur. Fitq; ut omnis substantia terreni corporis, istius numinis prouidentia gubernetur. Hæc ille, ubique sanè magnus: quo dimisso, Claud. Galenū, & item

& itē eius contēporaneū Ptolemæum repeto, ne tibi tota (quod dicunt) testimoniorum plaustra defint: ex quibus, ceu de quodā copiæ cornu, leuiter accipere poteris quas uires, & quantam energieā Luna in has inferiorum corporum substantias exerceat, & suo sibi iure meritò arroget. Luna (inquit Galenus) una est quæ menstruorum statum tempus in mulieribus cōseruat, comitaliū circuitus custodit, prout radiorum Solis plus, minū sive sibi uendicari: omnia siquidem quæ facere nata est, ubi falcis figuram repræsentat, languida fiūt, dum plena fuerit, cōualescūt. quapropter, & fruges interea adauget, maturatq; celerimē, ferarum occisa corpora in tabē uisu suo resoluit, somno sopitis sub eius lumine, uel aliter diutiūs immoratis, pallorem & capitis dolorē conciliat: in summa humifico spiritu omnia replet. Galeno sic Ptolemæus subscribit. Luna inquit, ut proxima terris, manifestè in terrena influit: cum illa enim consentiunt & commutantur pleraque omnia, & animata, & inanimata, Germina, & animantes, aut omnino, aut aliqua ex parte, unā cum ea incrementa, & decrementa sentiunt. Vis iterum, imò uerò tertio, & quarto, Galenum Ptolemæo concinentem, ceu ἐκ ἐπιμέτρως (quod Græci dicunt) audire? Cæterū (inquit) quod aliæ res uniuersæ à Luna quoque mutantur, omnibus non perinde constat, sed ijs dūtaxat, qui huiusmodi accurate obseruarunt: Addit paulò post. Hoc axioma nō Astronomis tātūm, uel naturalibus philosophis, sed agricolis quoq; & nautis, hominibusq; omnibus receptum est, Lunam terrestrē plagam, ueluti principē quēdam magni regis Solis inmutare. In posterioribus enim & ultimis cœli regionibus, ut scribit Firmicus, collocata, & terræ imperiū ex uicinitate fortita,

*Lib. eod.**Vires Lunæ
in hac inferiora
magna.**Lib. eod.**Lib. eodem.**Luna cursum
sentiunt
omnia.*

*Luna, quas
partes in cor-
pore sibi ven-
dicet.*

*Galenus Lib.
iij. de dieb. de
cre.*

*Luna a paruu-
bus quidam
Sol.*

omnia corpora quæ diuinæ mentis inspiratione ani-
matur, cursus sui multiplici uarietate afficit, mouet,
ac cum Sole fœcundat. Nam & occulto spiraculo, &
afsidua peruagatione, uisione, ut ita dicã, ac reuifio-
ne, cum Sole primùm, deinde cum reliquis stellis, uia
omnem sensum fugiente, humiditates corporum,
prout illas inuenerit fermentat, & cum prouentu in
hūc, uel illum statum, exagitat. Quod omnium ma-
ximè, uel inuiti confitetur, qui fluxionibus ad arti-
culos tentari solēt. Sed in Lunę uiribus uersum fa-
tis, de quibus in nostra Lunæ & Oceani harmonia
(ut dictum est) ampliorem commētationem, cum fu-
fissima exeinplorum demonstratione aliquando es-
habiturus. Itaque reliqua ad institutū nostrū perti-
nentia commodū sequor & expedio. Luna in hu-
mano corpore, partes peculiare, & propria organa
sibi uendicat. In quibus uterum ac uulua conu-
merant: eamq; humani diuersorij cellulam, quæ ho-
die à Latinis medicis matrix, à Græcis uerò μήτρα, di-
ci consueuit, in quibus & fœtus concipitur, & cōce-
ptio ipsa fouetur, donec imperāte Lucina, partus ma-
terna claustra ruperit. Quod uel de Claudij Galeni
uerbis tibi constabit: quem unum de medicis omni-
bus, honoris, & eruditionis nomine, tibi multoties
obijciam. Post feminis conceptionem (inquit) omnis
impregnatio, & post partum aduēctio, magnas alte-
rationes in septimanos Lunę per Zodiacū circuitus
retinet. Māmas præterea sibi inauthorat luna: è qui-
bus, tanquam ex limpido fonticulo, lac infantulorū
alimentum manat. Quæ, ut muliebria sunt membra,
ita muliebri planetæ appositissimè destinata fuerūt.
Porrò quia Luna soloris luminis (ut toties cecini-
mus) est uicaria, &, ut scripsit Aristoteles, paruulus
quidam

quidam Sol, idcirco in humano corpore, sinistrum oculum, perinde atque Sol dextrum, de antiquo sibi uendicat priuilegio. Vt enim dextra masculina esse traduntur, ita sinistra, foemina. Volunt insuper illam eandem cum Sole dominari stomacho, omnium quibus corpus alitur receptaculo nobilissimo: uel ob id unum, quòd coctio fit à calido in humido. Ad hanc cerebro, quod qui malè affectum habent, & Lunæ metamorphoses de inconstantia ex interuallis agnoscunt, Lunatici uulgò nuncupari solent. Ex facultatibus humanum corpus dispéfantibus, Ptolemæus naturalè illi adscribit. *ἡ χελώνη* (inquit) *τῆς φύσεως διακίμων ἐστὶ πηγὴ.* qd̄ est. Luna naturalis facultatis fons est. Eidè ex humoribus corporis, antiqui pituitam addixerunt: quæ crescente Luna, crescere plurimùm solet, decresciente uerò minui, aut saltem minùs molesta esse. Sed de Luna, quòd ad hunc locum attinet, pauca hæc de multis erunt satis. Itaque, ab imo planetarum ad summum & supremum me confero: nimirum à Luna ad Saturnum falciferum uetulū tardigradumq; Deum.

Lunatici uulgo de dicti.

Aphor. 86.

*DE SATURNO medica simul et
astronomica narratio.*

CAPVT VI.



SATURNI stellam, Chaldæi, Arabes, Græci, & Latini rerum cœli interpretes peritissimi, cum Claudio Ptolemæo & Galeno, intemperatam, ac maleficam, ubique nuncupant, fortasse ob melancholicum humorem, molestum sanè

Saturni Stella quare malefica.

*Libr. i. Apo-
sel.*

*Saturnus ubi
q. malus non
est, sed sua ali
quando habet
commoda.*

& grauem: cuius prouētum, ui occulta, in humanis corporibus uberrimum promouet: & hinc illa aggrauat, & faturat (unde Latinis Saturnus fortasse dictus) nec non senio ante tempus, ac uetustate conficit: ex quo κρόνος, etiam dici Græcis potuit. Illius, aridum simul & frigidum, modò sui iuris fuerit, in his inferioribus, nedum in solis hominum corporibus fouet abundè, & excitat. Cuius rei testimonium dabit Ptolemæus ὁ δὲ τῆς κρόνος ἀσῆς (inquit) πλείον ἔχει τῆς ποιότη-
τος ἐν τῷ ψύχει, καὶ ἰστέμα φηραίνει, quod est, Saturni stella maximè frigidifica est, sed & non nihil arefacit. Quæ duo uitæ humanæ calido & humido temperatæ, quantum incommodent: imò uerò quantum ex diametro pugnent, nemo est qui nesciat. Est itaque ad corrumpendū procliuis stellæ huius natura. Verùm in omnibus, & per omnia, ut etiã humor ipse melancholicus, suas uires æquè non exercet: nec tam obstinatè agit, quin suum aliqua ex parte cōmodum non habeat. Nam ut ex uenenis arte téperatis, citra noxã magna aliquãdo cōmoda proueniūt, ita de sideris huius (quanquam in auspiciati) proba cum aliis stellis temperatione, mistura, & radiatione, non uulgaria manant emolumenta. Ex quo factum uideas, ut ad quam artem melancholici plæriq; animum appulerint, in ea præter cæteros, uel leuissimo labore, ualeant plurimum. In quam rem, post Platonem fidissimus accersetur testis Aristoteles: scribens melãcholicos fuisse omnes qui ingenio floruerunt, uel in philosophia, uel reipublice administratione, uel cudèdo carmine, aut artibus aliis excolèdis. De quorū classe cū Socrate, Pericle, Demosthene, Archimede, Vlisse, Scipione, Aiace, Aenea, & aliis, Democritū, Platonem, Galeum, Cæsarem, Virgilium, Herculem, & huius

huius plumæ innumeros tibi proferā: quos de lucubrationibus, & laborū, erūnarūq; pertinaci tolerātia, ingēti cogitatione, & inuētionū miro studio, ceu de tabella quadā, tales fuisse, historiarū & uitarū scriptores diligētissimi representarunt. Verūm de his alibi. Tacēdū tñ nō arbitror, quōd melācholicus humor, cui, ut diximus, præsidet Saturnus, cogitatiois firmitate, studiorum assiduitate, & pertinaci labore, ubiq; comites ferē secū ducit uoluptatē ac delectationem: quæ tāta illi inest, ut ī unius eius rei adeptioe quā femel animo cōceperūt melācholici, summū ac peculiare bonū existimēt collocatū: præterq; illud, aliud nihil aut expetāt, aut sequātur: etiā neglecta re familiari, neglectis ciuibus, neglecta uxore & liberis. Vnde paupertas, ceu de uoto, illis familiaris esse solet, ac domestica. Cæterum, hīc etiā ignorādum nō est, quōd Saturni defluuiū cū suo humore, ī oībus corporib⁹ suas uires ex æquo nō erigit, perinde atq; uinū: quod ob corporū *ιδιωτηρίας*, & naturarū uarietates, à se inebriatos omnes uno modo non afficit, nec eodem motu agit. Nam quosdam ad garrulitatem, & hinc ad rixas, alios ad uomitum, nonnullos ad taciturnitatem, somnū, uel risum, plærosq; ad strepitū & gladios rapit. Sic Saturnus, & sub illo militans melancholicus succus, quosdā ad risum mouet, ut Democritū: alios ad lachrymas, ut Heraclytū: nōnullos ad loquacitatē, ut Thersitē: aliquot ad facundiā, ut Nestorē: ad silentium & patientiam, ut Socratem, & Vlissēm: ad metum, ut Pisandrum: ad hylaritatem, ut Lucillum: tristitiā, ut Crassum: cogitationē, ut Archimedē: in summa, alios ad alia, pro sua qualitate & quātitate cōponit ac excitat. Quæ oīa fuligini, fumis ac uaporibus de saturnino sanguine, hoc est melācholico, p uaria

Lucubratiōes sunt ueluti tabella uitæ & studiorum.

Philosophi cur plurimum pauperes.

Pulchra uini, cum melācholia comparatio.

Vnde melancholici varijs cogitationibus & studijs tenentur.

Saturnini & melancholici humores & ex ingenia tarde moventur.

maioris & minoris sua latitudine (quòd ad limum & crassitiẽ attinet) ascribere si uidebitur, per me liberũ tibi erit. Qui fumi, quia arcem animi recta petunt, spiritumq; animale[m] illi remissi obturbant: atq; cerebrum, (in quo sensuum, & principũ anime actionum officina latet) longè lateq; occupant, ac obsident: ideo uarias imaginationes, apprehensiones, cogitationes, ratiocinationes, studia, ac phantasmata cient, fouent, & mentiuntur: pro uaria, ut dictũ est, natura in qualitate & quantitate dicti sanguinis melancholici, hos uel illos spiritus, & fumos sursum exhalantis non fecus atque ex ignita & incensa materia fieri solet. Ex abiete enim, uel picca, fumos crassiores & turbulentiore[s], peiusq; olentes attolli constat, quàm ex aluo, aut carpino. Sic ex querno stipite, quàm populeo, ex lapideo carbone, quàm ligneo: ex sulphure, quàm thure: fæce uini uista, quàm calce, & ita deinceps. Quarum rerum imaginem in melancholico succo, & ex eo fermentato sanguine, ut cunque potes agnoscere: simulq; fateri, Saturnum cum suo radio, uel abstrusa, humores in hominum corporibus altius infixos, atque ob id perniciosos sepe numero excitare, qui tales esse solent, ut tardissimè, sicuti illorum author Saturnus, moueantur: moti tamen & incensi, grauiter sæuiant. Quod cum suis periodis indicant morbose dispositiones hinc cõciliatæ: cuiusmodi sunt quartanæ, cancri, melancholiæ, & similes. Citra morbum, summam nonnunquam, & inexpugnabilem præstant cõtemplationem: adeò, ut poenas Saturnini pendere mihi uideantur, non dissimiles his, quas ob cœleste furtum Promethæus rerum cœli contemplator indefessus, adhuc soluere in Cauca[s]o fabulatur. Itaq; ex Saturnino humore, hoc est ex atra bile,

ubi

vbi cōcaluit, tanquã è quodã seminario, pullulãt, tum si-
 malacrorũ, tũ cogitationũ germina, quæ deinde í hoĩm
 ingenijs ceu in agro quodã, fruges, ac fructus vberrimos
 proferũt. Addam quod etiam stella hæc cum suo humo-
 re & fermento, nonnunquam audaciam conciliat, vt in
 Hercule: & ob adustionẽ, formidabilem quandoque fe-
 rocitatem, vt in Aiace, longo tempore, propter stabilita-
 tem terrenæ qualitatis, perseuerantem. Quod si extreme
 refrixerit, aut ad frigiditatis latus potius quã calidita-
 tis & siccitatis deflexerit, timorem etiam sibi adiungit,
 cum extrema ignauia, vt in Pisandro, Thersite, & alijs.
 Ex quibus manifestum euadit, quod sideris huius deflu-
 xus, cum suo limoso succo, in crassa materia intempesti-
 ue exceptus, fit quasi venenum, quod equidem in viuen-
 tibus quibusdam corporibus latet sopitum, ceu sulphur
 à flamma remotum. In alijs verò flagrat, atq; vt sulphur
 accensum, non cōburit tantum, sed vapore etiam noxio
 oĩa circumplet ac propinquãtia inficit. Saturnus sui iuris
 factus, & in natali cœlo fortis ac potens quia Ptolemeo
 & Galeno, maleficus esse solet cũ suo humore melãcho-
 lico: & quãdoq; anceps, idcirco cũ animis, tũ corpori-
 bus nũc mala, nũc bona, quãdoq; variavt antea dictũ est,
 quadãtenus appingit. Vnde homines reddit natura odio
 plus quã nouercali præditos: semel cum Crasso in vita
 ridẽtes, de fæce, exhausto ab alijs dolio, bibentes, lentẽ in
 omnibus festinantes: acetum in pectore gestantes: spem
 pretio ementes: lupum vbiq; auribus tenentes: κακοζηλία
 laborantes: metũ ex conscientia sustinentes: sinapi victi-
 tantes, & cepas olfaciẽtes, in occipitio multos oculos ge-
 stantes: de proximo nihil curantes: in amicitia querulos,
 & vt solent edentuli, edentium dentibus inuidentes: cur-
 ru vtentes neglectis bobus: Heracliti familiã agnoscen-
 tes: in Areopagitarũ schola educatos, & qui sapiẽtũ octa-

*Humoris Sa-
 turnini &
 melancholici
 varia natu-
 ra.*

*Melancholia
 vt sulphur.*

*Saturninorũ
 hominum mo-
 res & natu-
 ra.*

*Mira melan-
cholicorum pi-
ctura.*

*Melancholi-
cus humor va-
riacorporibus
& animis im-
pingit.*

ui sibi videantur, aliud stando, aliud sedendo cogitantes: raro cū anosis simijs laqueo sese iniiciētes, odia amicitijs præferentes: ex eodē ore & frigidū & calidum sufflantes: dextrā cuiuis non facile cōcedentes: Rhadamāto inexorabiliore: in re certa incertos: duro alloq̃o Scythis morosiores: defixis in terram oculis cōtuentes: superciliū vbiq; contrahentes: cœnam Hecates plerūque cœnātes: in nocte consilia capientes: vt vultures cadauera expectantes: à frōte & tergo, vt Ianus, vidētes, aureis machinis omnia oppugnātes: oculatas man⁹ habētes, quę nihil credāt, nisi quod vidēt: nihil, nisi quod Aristophanis & Cleātis lucernā oleat emittētes: habēdi cupiditate infatiabiles: oīa trutina pēsantes: ad viuū cūcta refecantes, & oberatos ad ossa vsq; rodētes: spē vultu simulātes, & altū dolorē corde premētes: noīe potius q̃ cōsuetudine notos: anethū & mentā decimantes: quot verba, tot sensus plerūq; habētes: cū Fabio cūctātes, rosam quę præterit rursū quærētes: panē lapidosum māducātes: vltiores animos occultātes: oīa, vt Midas, ī aurū vertētes: dissimulādi æquē ac simulādi artifices: pilū, vt lupi, ægrē mutātes: cūctādo Scipionē imitantes: falsuginosam viciniā amātes: dicēda & tacēda callentes: altera manu panē, altera lapidē circūferētes: veluti ab asino delapsos: ignauos, qb⁹ feriæ semp̃ esse solēt: cēsores, castigatoresq; virorū: sordidos, & vt hyrūdines, ingratos: veluti auro suberatos: pro perca scorpiū reddētes: cumini sectores: amicū, quān verbū perdere charius habētes, societātū osores: nihil nisi cūm moriuntē benefaciētes: lucri ex re qualibet odorē bonū & suauē existimātes: vel à stautis, & mortuis tributa exigentes: multas aures & oculos habētes: lucrū pudori præferētes: iexplebile doliū animo gerētes: cū laruis luētātes: ingeniū, mori farina variegatū, sustinētes: sardonio risu omnia condientes: magis mutos quān pisces: pauperculū Christi pecus deglubētes, potius quān


quàm tōdētes:caput sine lingua circūferētes, ne gry q̄dē
 ī mēsis et coetu dicētes:suos loculos, vt mēdici, inanes vbi
 que prēdicātes:suspēdio arborē plerūq; deligētes: Hercu
 leos labores p̄fectos:silētij tutū p̄miū agnoscētes:semētē
 ab alijs factā metētes:quod sciunt, nesciētes: tribus verbis
 oīa absoluētes:futura ceu de specula præuidentes, rebus
 aliorū, vt lupi inhiātes:tineas vestimētis, & gurguliones
 leguminib⁹ pascētes:vmbrā suā, & præteruolātes muscas
 metuētes:salem lingētes, & lapsana victitātes:ante tubam
 trepidātes:pilos pro lana reddētes:Tantali pœnā sustinē
 tes:in pulicis morfu Deū inuocātes:spem dum aīa est, ha
 bentes:vbiq; scrupulū inijciētes:cochleæ vitā agentes:sa
 crū sine fumo faciētes &c. Quod hīc reliquū est, ignorā
 dū nō venit, saturnini cū suo hūore, de ātiquorū prēceptis
 & obseruationib⁹ peculiare habēt morbos, qb⁹ suā sobo
 lē plerūq; tētat, in quorū catalogo sunt quartana, epile
 psia, elephātiāsis, morphea, cancer, scirrhus, hydrops, pa
 ralysis, hæmorrhoides, dysenteria, coli & renū dolores ac
 huius notæ alij: qui vel de humoris melācholici, cuius au
 thor & motor est Saturnus, largo p̄uētū & effusione, vel
 de sanguinis facta ab eo corruptela, cacochymia itē, fla
 tib⁹, cruditatibus, imbecillo calore, vel abūdāte pituita,
 oboriri plurimū solēt: aduersus quos præcautiōes cū ido
 nei remedijs q̄sq; volet à rerū cœli & medicinæ perito
 opportunè exigat. Quod ad alia p̄tinet, melācholici, pul
 sus habēt tardos & paruos:sudorē acidulū & grauē, deie
 ctiones subatras:sōnia terribilia, vt mortis, cadauerū, se
 pulchrorū, tenebrarū, cruciatuū, demonū, & rerū nigra
 rū. Ex facultatibus hūanā vitā cū corpore dispēfantibus,
 ob innatā malitiā Saturnus nullā agnoscit:quāquam nō
 desunt q̄ in retētrice quæ naturali ancillatur, nō nihil illi
 ascribāt:sed de Saturno festināti mihi ad aliorū planeta
 rum maiestatem, paucula hæc satis erunt.

*Saturnini
 morbi de anti
 quorum obser
 uationibus.*

*Nota Satur
 ninorū ab his
 qua excernū
 tur & alijs.*

DE IOVE medica simul & astronomica narratio.

CAPVT VII.



Iouis appositissima epitheta.

Mirè benefica Iouis natura.

Regum officium de Iouis numine.

Lib. I. Apot.

IOVIS STELLA, vires non dicam naturales, sed cum Sole omnes penè, in humanis corporibus (si quæ est alia) clementissimè fouet. Quod poëtæ tam Græci quàm Latini cognouerunt, Iouem vbique decenti epitheto, fospitorem, seruátorem, fructiferum, fatorem, hospitem, beneficum, salutare numen & benignū, necnō patrem hominumquæ Deūmquæ nuncupantes. A quorum vestigijs non longè declinauerunt Grammatici, poëtarum interpretes diligentissimi; & linguarum Quintilian. custodes doctissimi: quibus ecquid aliud sonat Iupiter, quàm iuuans pater, & zeús, vt alibi dixi, quàm zeús, hoc est, vita? Iouis, vt ex Arato trástulit Maro, sunt omnia plena: ille colit terras: ille de superis omnibus solus est, qui ob beneficia, vt in Clodiū testatur Cicero optimi titulum, & ob vim, maximi sibi demeruit. Quod elogium reges, quos à Ioue nasci & educari vult Homerus, nō temere sibi adoptasse mihi videntur. Nam benefacere primū, & non subditos expilare, deinde viribus regnādi illis à Deo concessis vti nō abuti, illorum maximè proprium esse debet. Quid est quod in planetæ huius mensè altero, nimirum à cōceptu secundo, vitam, vt tradunt *ιατρομαθηματικοί*, foetus in vtero accipit, & in altero, nono scilicet, in lucē vitalis emittitur, nisi quòd propter summum radiorum temperamētum, vitæ, quam in calidi & humidi symmetria positam esse diximus, cum sole præesse creditur? Est itaque Iouis stella, naturæ temperatæ. Quod ex Claud. Ptol. hunc in modum confirmabo, *ὁ δὲ τῷ Δίῳ ἀσὴρ, ἑυκράτου ἔχει τὸ πρῶτον τῆς δυνάμεως με-*

τάξιν ὑπομείνει τῆς κινήσεως αὐτῆς, τὸ τε κατὰ τὸν κρόνον ψυχτικῶν, καὶ
 τοῦ κατὰ τὸν ἀέρος καυσικῶ, θερμαίνεταί καὶ ὑγραίνει. Quod inter-
 pretamur Stella Iouis temperatae est natura, propterea
 quod media fertur inter frigidificū Saturnum, & afluān-
 tem Martem, unde calefacit & humectat. Cæterum, pul-
 monibus qui cordi aërem attrahunt, cōdiunt, & elaborāt,
 præsidere traditur: necnon arterijs, quæ pulsatorium con-
 tinent spiritum: partem in vitali facultate cum Sole habēs
 & in animali, cum Luna. Sed omnium maximè in natu-
 rali se agnoscit, quæ sanguifica est, & ex his quæ naturali
 ancillantur coëtricè fouens. Nā coëctio est à calido tem-
 perato, in humido: quas re vera qualitates, vna Iouis stel-
 la suas esse prædicat. Sed vegetatricè vim, ad quam incre-
 menta referuntur, etiā sibi inauthorat vel ob id vnū, quod
 qui crescunt, vt ἀρχιάτρος ille Hippocrates præclare ad-
 modum scripsit, calidi plurimum habent. His addere
 πᾶσα ἐργον, nō erit, quod Iuppiter sui iuris factus, sicuti Pto-
 lemeo & Galeno salutaris est planeta & beneficus, necnō
 temperatus, ita temperatā reddit sanguinis miscellaneā.
 Unde tam animis quàm corporibus, quæ laudabilia sunt
 & probata, ac téperata instillare solet. Efficit itaque homi-
 nes, qui, non vt volunt, sed vt possunt libenter alijs bene fa-
 ciunt: insuper, quod adest, boni consulunt, & pro suis opi-
 bus mœnia conficiunt: messie tenus propria viuūt: ami-
 cis fidi sunt amici. cæra tractabiliōres, & columba mitio-
 res: genio indulgent, & sine riuāli diligunt: sicuti sicut quā-
 doque, & pergrēcātur: sermonibus festiui, dubiā mensam
 instruunt, omnia cum amicis habent cōmunia: benefacto-
 rum sunt memores, alia dant, alia negant: equis & cani-
 bus gaudent, necnon aprici gramine campi: ad vindictā
 procliues videntur quādoque, rectā viam ingrediuntur,
 genuinum habent pudorem: digni sunt, quibuscum
 in tenebris mices: tempori seruiunt, & mutuas tra-

*Iuppiter qui
 bus corporis
 partibus præ-
 sideat.*

*Iouialiū ho-
 minū mores
 & natura.*

*Vera pictu-
 ra hominum
 vt dicunt san-
 guineorum.*

Morbi Iouiales.

Iuppiter ex reb⁹ corporis quidnā suū agnoscat.

Nota ab interioribus & excretis hominum Iouialium.

dunt operas: de vultu vtcunque iudicant, & vicissim iudicantur: gestus habent magna cum dignitate spectabiles: laudis & gloriæ studiosi apparent: sunt vxoris, ac liberorum amantissimi, & publici boni procuratores solliciti: fores tritas habent, ac nullos à se reijciunt: risu omnia cōdiunt, duabus ancoris nauigant: in suo luco & fano gaudent: extra lutum pedes perpetuò gerunt: & in vtranuis aurem ac vtrunque oculum securè dormiunt &c. Cæterū hisce morbis plurimum tētari solēt: synocho, ophthalmia, capitis grauitate, colicis cruciatibus, peripneumonia, homoptoe, calculo, pleuritide, apoplexia, phlegmonis, exeuthematib⁹, cōuulsionibus, gonorrhœa, lethargo, lyenteria, & alijs huius plumæ: qui de sanguine, in qualitate aut quantitate peccante, vel de plethora aut cacochymia, necnon obstructionibus, putrefactione, item ac cruditatibus promanare solēt. Iuppiter ex quatuor humoribus corporis sanguinē habet cū Sole, ob qualitates cum illo communes: ex sensibus, auditum, qui, vt ille, planè est aërius. Iouiales homines leui quacunque occasione, sanguinem è naribus, vel de opportuno corporis meatu alio, identidem excernunt: & quia calidi sunt & humidi facile sudant, atque hinc grauiter hircum olent, pulsus plenos habent, & quando que vndantes: somnijs letis, & rerum pulchrarum plenis gaudent: in quibus plurimum, vel rubra vident: vel hemorrhagias, & natationem in sanguine, aut similia sibi representari sustinent. Sed hæc de Ioue plus satis esse, gradius Mars cōqueritur: ad quē nunc demum transire & iuuat, & expedit: ne ille sua in nos tela contorqueat.

DE MARTE medica simul et
astronomica narratio.

CAPUT VIII.



ARTIS STELLAM, igneæ naturæ esse & planè æstuantis, vel de epitheto annuerūt Græci, quibus Mars ipse $\pi \nu \rho \sigma \iota \varsigma$ dictus est. Nam vrentem calorem, & ob intemperantiam maximè noxium habet: quapropter flauæ bili, omnium quæ in corpore sunt calidissimæ, præesse merito existimatur: & qualitates vnà cum radio, propter naturalem malitiam, ad perdendum quàm generandum procliuiore deorsum refundere. Quod Græcorum antiquissimi, posteritatem latere noluerunt, apud quos $\alpha \rho \sigma \iota \varsigma$ id est Mars, $\alpha \rho \tau \circ \rho \tau \circ \alpha \nu \alpha \rho \rho \epsilon \upsilon$, hoc est à sustollendo & corrumpendo: aut, $\alpha \rho \tau \circ \rho \tau \circ \alpha \rho \rho \iota \varsigma$, vt Phurmitus scribit, id est, à damno, & interitu, nomenclaturam est adeptus. Propterea inauspicatum sidus, & cum Saturno maleficum esse, rectè cum Ptolemæo asseuerat Galenus. Nam huius caloris, vt dictum est, vrere & perdere proprium est magis, quàm fouere. Id quod in humanis corporibus flaua bilis præstat, & agnoscit. Quid enim ex igni producas ac generes? Hinc vitia & mala cùm corporis, tum animi quàm plurima inducit: de quibus postea. Ex intemperato enim ardore, & bilis vehementi commotione, intemperatas perturbationes innumeras excitari, certum est: quas incompositæ quoque actiones, & violenti, inconsideratiq; affectus sequuntur: In quorū acie militāt rixæ, cōtentiones, homicidia, bella, & similia. Vnde Mars belli, & armorū deus, à Poëtis non

Martis stella ignea & æstuantis.

Martis certata ex epitheto natura.

Mars plurimorum malorum est author & conciliator.

temere dici ac fingi mihi cenfetur: nutricem habens Be-
lonam, vel, vt alijs placet, matrem, aut fororem. Quid
enim à calore immodico qui iam efferbuit, ac fuapte na-
tura vrendo cuncta conficit, & in flammam euolat (qua-
lis est biliofus, æftus merè martius) fperari, aut expectari
queat? nihil me hercule, nifi immoderatum & præceps,
breuique periturum. Est itaque ad vrendum, arefacien-
dum, & perdendum in primis apta Martis ftella: modò
non aliunde impedita, fui iuris fuerit. Quod Ptolemiẽũ,
fumum rerum cœli philofophum innuiffe audies.

Lib. i. Apotel.

*ὁ δ' ἐ τοῦ ἀρεθ' ἀσίρ (inquit) ξυράωνει. μάλισα καὶ καυσοῦν ἔχει φύσιν,
τῶ τε πύρει χρώματι οὐκίως, καὶ τῆ πρὸς τὸν ἥλιον ἐγγύτητι ὑπο-
κειμένης αὐτῶ τ' ἠλιακῆς σφαιράς. quod verti poteit. Martis*

*Ex rebus cor-
poris quænam
sibi vendicet
Mars.*

ftella, & arefacit, & vrit, ficut congruit igneo ipfius colo-
ri, & Solis viciniam, vt qui illius fphære fubiectus fit. Hinc
factũ facile crediderim, quod ex facultatibus corpus hu-
manum, & vitam difpenfantibus, ob innatam malitiam,
Marti nullam afcripferunt antiqui: ficuti etiam nec Sa-
turno, vt fuprà eft dictum. Sed ex his quæ naturali fubfer-
uiunt, attractricem ei tribuerunt: & ex vifceribus hepar,
aut potius fellis veficulam eidem appendulã: quam Græ-
ci, *κύσιμ χαλιδόσχον* nuncuparunt, Latini bilis folliculum,
feu biliofi humoris, cui Mars præfidet, armariolum. Ille
in natali cœlo potens, & fui iuris factus, quia Ptolemæo,
& Galeno maleficus effe cenfetur, ac bilem flauã æftuã-
tem, ac præcipitem fibi inauthorat, idcirco homines cũ
animo, tum corpore tales agnofcit, qui gladiatorie & mi-
naciter loquuntur ac incedunt: perq; enfes, perque ignes
irruunt: non mouenda mouent: caput cerebro vacuũ ge-
ftant: alterius poteftatis, æque ac iniuriarũ funt impatien-
tes: præpofteris confilijs omnia agunt: fe fe periculis teme-
re præcipitant: propositum fæpenumero mutant: fui funt
profusi, & alieni appetetes: fummis viribus res arduas ten-

*Martialiũ ho-
minum mores
& natura.*

tant:

tant: arcem ex cloaca faciunt: cornua & supercilium
 ubique attollunt: cœlum, ceu digito attingentes, omnia territant: tragicè, ut Gygantes, loquuntur: fœnũ
 in cornu habent: cœlum terræ miscent: pennas nido maiores ubiq; extendũt: pugnis ac calcibus in omnes, & per omnia grassantur: plaustra cõuicijs onerata circumferunt: in fermento iacẽtes frenum mordent: ceu cœstro quodam perciti, cędunt omnes, inq; uicem cõmittunt crura sagittis, Manliana & Phalaridis imperia sustinent: litem ubiq; mouent: nec magis humilibus, quàm lupi parcunt: currẽti ad iras calcar addũt: corpus sine pectore gestãt: infreni ore colũnas rũpũt: ferrũ ferro exacuant, & litẽ lite cõponunt: ignẽ igni addunt, et oleo incendiũ extinguunt: sunt ubique ut Martis pulli: fel in ore habent, & ignem in corde: iura sibi data negant: de alieno corio liberales sese præstãt: &c. Quòd ad morbos attinet huic stellæ familiares, & cõgeneres, talẽ de priscorũ obseruatione illorũ habeto catalogũ, Tertianæ febris, icterus, phrenitis, caufus, erysipelas, hemoptoẽ, dyfenteria, urine ardor, hemicrania, huius notẽ alij: q; de bilis flauẽ quãtitate, uel qualitate, ut dicũt, peccãtis, adhæc de sanguinis adustione, igneis scintillis et uaporationibus, biliosis, necnon totius corporis incẽdio, & similibus causis emergere plurimũ solẽt: aduersus quos tam præcauendo, quàm curando, peritus aliquis medendi magister, te prorsum immunẽ reddere poterit. Cæterum qui Martiam naturam agnoscunt, hi pulsus habent magnos & celeres, urinã flauam, igneã, ac mordacem: sudorem acrem, falsum, uel amarum: deiectiones flauas: linguam siccam: narium mucum paucum, eumq; subflanum, cum simili oculorum lippitudine: aurium fordes multas & biliosas: somnia, ignis, in-

Mira biliosorum hominũ pictura.

Morbi Martiales & choleric.

Nota tã interna quàm externa martialium hominum & biliosorum.

cendiorum, homicidiorum, litium, armorum, & huius picturæ aliorum. Sed de Marte, quod ad hunc locum attinet satis.

DE VENERE medica simul & astronomica narratio.

C A P V T I X.

Venus unde appellata, cū sua natura.



Venus quomodo frigida esse intelligatur.

Due stellæ benefica, & totidem maleficæ.

VENERIS stella, quòd ad res omnes veniat, Ciceroni simpliciter est dicta. Alijs genitale astrum, & prolificum, ob humidi tēperaturā, insitamq; uim beneficā, quā habet ac infundit. Cui ea inesse fertur natura, ut corporibus, & substantijs inferioribus, tantisper dū generantur, uel fouentur, succum blandū, & humidulū suggerat: ita tamen, ut irroret, magis quàm mergat & inundet: sequaturq; roris potiùs naturam, quàm imbrium. Quæ res (opinor) effecit, ut Venus decenti epitheto apud priscos poëtas, homines re uera φιλοσοφώτατους καὶ ἀστρολογώτατους, ab alendo, alma passim nūcupetur. Quod attinet ad alteram illius qualitatem, nimirū frigiditatem: quæ admodum ex calore, alium posuimus qui foueat & alat, qualis est Solis, deinde Iouis, & qui illum æmulatur calidi innati: alium insuper qui urat & perdat, qualis est Martis, & qui illum agnoscit flauæ bilis. Sic in frigidi natura, unum utcunq; temperatum statuemus, quale est in Veneris radio, & pituita dulci, cui præest Cypria: alterum corrumpens & intemperatum, quale est in Saturno & melancholico succo. Ex quibus facilè moueor, ut Ptolemæo assentiam, ac Galeno subscribam, qui de numerosissimo stellarum choro, duas simpliciter adiutrices, beneficas, & naturæ amicas

ræ amicas dixerunt, Iouē scilicet ac Venerē: duas uerò alias, Saturnum inquam & Martē, corruptrices, naturæ inimicas, ac maleficas. Sed ipsius Ptolemæi sententiam Latinam, ne nimium sim longus, hîc adscribere consultius erit. Cùm quatuor sint humores (inquit) seu primæ naturæ, duæ fœcundæ & uiuificæ, nempe calidi & humidus, ex quibus omnia coalescunt ac roborantur: itemq; duæ exitiales & detrimento-
 fæ, aridi & frigidi, unde rursus dissipantur & debilitantur omnia: tradidere ueteres stellas beneficas esse, Iouis, Veneris & Lunæ, eò quòd temperatæ naturæ sint: & in quibus plurimum insit calidi & humidus. Stellas uerò Saturni & Martis maleficas, quòd contrariæ sint naturæ & effectus: alterã enim frigidissimam, alterã feruentissimã esse uoluerunt. hætenus ille. Existimabis itaq; Veneris spiraculum humidum esse sed absque ullo excessu, cum pauco, eoq; temperato tepore. Quòd antiqui poëtæ, fortasse respexisse uoluerunt, dū Venerē è spuma (quæ est ueluti aquarum spiritus & medulla) genitam fabulati sunt: à qua *ἀφροδίτη* nomen habet. Vel, quòd spumosa sint animalium femina, uel quòd omnia humore gaudeant. Vel, ut uerè commentus est Euripides, quòd *ἀφροδίτες* sint, & parum sanæ mentis, qui se à Venere superari sinunt. Quibusdam, hepar inter alias corporis partes, illi cū Ioue ascribere uisum fuit: in quo concupiscibile facultatē, cupidinesq; omnes pharetratos (quibus Venus mater esse creditur) necnon titillationum, & appetituum sedē statuerunt Plato, & Galenus: sine quibus, an animal ullum sentiens esse possit, quum materia ex qua aliquid fit, formæ sit appetens, iudicabunt philosophi. Sed genitalia animalium membra illi rectius addicta existimarim: unde uoluptatum

Lib. i. Apoteles. sub finē.

Veneris temperamentum & qualitas.

Venas, quibus corporis partibus præsit.

Quibus corporis sensibus imperet Venus.

*Venerorum
hominum mo-
res & natu-
ra.*

*Morbi Vene-
ris & pituito-
forum.*

ministra, & libidinis dea suo quodã iure esse cense-
tur. Cum his etiam in odoratu, & gustatu partẽ ha-
bet: in quibus cum animi, tum corporis delicias sitas
esse, ambigit nemo. In quam rem alluisse mihi uide-
tur Lucretius poëta in omni philosophia summus:
apud quem Venus, hominum, diuimq; uoluptas, or-
natur titulo conueniente rei. Habet insuper de facul-
tatibus appetitricem, & ex humoribus pituitam, ut
dixi, dulcem, inspidam, ac naturalem: quę in sangui-
nem uitę amicum transire, & nisi omnes mentiuntur
Asclepiadę, à natiuo calore excoqui facilẽ potest.
Cæterum, quia Venus cum suo radio, planeta est ut
diximus, temperatus, idcirco homines agnoscit, in
quibus est cygnea cantio & atticus lepos: qui mores
amicorum noscunt magis, quàm odio habent: flori-
bus gaudent & unguentis: munditiarum sunt aman-
tissimi. Cupidinis crumenam porri folio uinctã cir-
cunferunt: uno digitulo caput scalpunt: melle perun-
cti lesbiantur ac corynthiãtur: summis unguibus in-
cedunt: lentiscum mandentes, Lydio more uiuunt, au-
ricula infima & quauis spõgia, sunt molliores ac de-
licatiores: cuticulam splendidẽ curant, ac sibiipsis pla-
cent: mellis medullas ubiq; in ore habent: caput demul-
centes cauda blandiuntur: oleum in dextra auricula
gestant: statum corporis & oculorum decorum habent:
molliculo sunt capillitio, & cute delicatula, gignen-
dę proli, & propagãdo generi deditissimi: rebus ama-
torijs ac cantilenis uacant: pietatis, misericordię, &
fauoris sunt studiosissimi: omnibus gratiis insignes
habentur, in utranuis aurem, & utrunque oculum
dormiunt, &c. Huius ples, peculiare & suos morbos
habet, in quibus sunt catharri, coryze, brãchi, lethar-
gus, paralyfis, apoplexia, gonorrhœa, obstructiones,
renuni,

renū, uesicę, uteri, & pudendorum dolores, quotidiana febres, capitis affectus, Lynteria, diarrheę, hydrops, diabete, salua stomachalis, & huius farinae alij, qui de cruditatibus, cacochymia, abundante plus satis pituita, flatibus, imbecillo calore, perfrigeratione, & similibus prodire plurimū solent: quorum omniū & præcautionem & curationem, à præstantissimis medicis, ceu à Deorū manibus, opportunè exiget. Quòd ad pulsus attinet, paruos, tardos, & molles habent: mucum per nares copiosum emungunt: ructus acidulos expectorant: sudorem insipidum exhalant: lotium album pallidum & tenue reddunt, crassum nonnunquā & turbidū in alui deiectiones albas excernūt, humidas: mucosas, lentas, & cruditatū plenas. Aquas plurimū somniant, balnea, piscationes, colubros, & similia. In quibus hanc de Venere commentatiunculam tibi claudimus.

Nota tā interna, quā externa venereorum.

*DE MERCURIO medicina simul et
astronomica narratio.*

C A P V T X.



SUPEREST de uniuerso septem planetarum theatro sanèquam uenerādo, unus Mercurius: cuius stellā uersatilis esse nature, & Protheum quēdam imitari, cum Ptolemæo, & primis rerū cœli interpretibus omnibus, fidem facit experientia. Nam alio tempore frigidum esse illius spiraculum, alio humidum, quandoque calidum, & retorridum, nonnūquam uentosum, ex commotionibus quas in aëre ciet, facile est deprehendere. Nunc

Mercurij stella inconstas, uersatilis & varia.

Libri i. Apot.

Mira Mercurialis stellæ natura: & ingeniorum quibus præest.

Mercurius quibus rebus corporis præest.

enim Solis naturam, nunc Lunæ, nunc aliorum quibuscum miscetur, celerrimè induit. Vnde factum uideas, ut nunc uir, nunc foemina fiet, quæ admodum scriptis poëta. Quæ res, locum fortasse dare potuit his quæ de Hermaphrodito apud Nasonè sub cortice ænigmatico circumferuntur. Habet itaque hic planeta naturam mirè uariam: quod de Ptolemæi uerbis probare aggredior. Mercurii stella (inquit) uim ferè parem habet in desiccando & absorbendis humiditatibus: propterea quòd nõ ualde longè à Sole recedit. Aliquando uerò in humectando, quia uicina est Lunæ: quæ terre proxima uehitur. Subitarum autem mutationum in utraq; partem est effectrix, concitata celeritate sua, qua mouetur circa Solè. Hec ille. Itaque, quia concitatoris motus est, idcirco eam concitationem in corporum qualitibus, & humoribus eorundem permiscendis, ac alternandis retinere fertur. Vnde, quia ubique dubitant Mercuriales, undecumque etiã quærunt ac sciscitabundi perferutatur singula, perscrutandoque ad secretiora penetrat: & quæ prius erant obscura, aperiunt. Quin etiã proficiscuntur ulterius ad intétata, dum nõ solum suos, legendo, audiendo, & scribendo, exacuant spiritus: sed etiã fidetiores faciunt, redduntque indefessos. Cæterum, humor ipse quæ Mercurii stellæ ciet, mirum in modum est acutus, & penetrabilis. Qua ex re fit, ut hominum, cogitationes ad eloquendum, scribendum, & ex tempore dicendum ac discendum uehemèter promoueat: atque animum ad rerum subtilium, & ingeniosarum peruestigationem præoptissimè exacuat: adeo, ut quæredo Mercuriales quoduis facillè inueniant, inueniendo cognoscant, & cognoscendo sciètes euadant. Hinc rationale animæ uim, quam Peripatetici artium omnium artè & officinam dixerunt, (propterea quòd sola reliquas potestate comprehen-

prehendit, unà cum intelligētia, & phātasia, (quæ receptaculū est eorū omnium quæ sensibus offeruntur) illi meritò sacrarunt antiqui. Insuper, facundiā (unde Gratiarū dux fingitur) cū oratione, quæ cōceptæ rationis est explicatrix. Rursum & linguā, quæ cū uocalibus instrumētis, orationis est artifex, & intelligētiæ ministra. Ex quo ἐρμῆς à Græcis Mercurius dictus fuit: quòd ἐρμῆς, hoc est interpretationem auspicatum stellæ illius defluuiū ingeneret. Fel præterea eidem nonnulli addixerunt, quod Aristoteli purgātis sese iocinoris, uel, ut alijs placet, efferuescētis sanguinis, est excrementū: Cuius natura penetrabilis & acris, quantas ad inueniendum, intelligendum, differendum, & eloquendum, uires habeat, docet, post Aristotelem, uetus prouerbiū hoc, animum non habet, qui iram non habet. Quanquam non sum nescius de animositate etiam intelligi posse. Sed hīc non omittēdū, quòd stella Mercurii, melancholicæ quādoq; est naturæ, aut, si mauis, melācholiā efficit, sed celerē & subtilē, qualis est in apibus, & formicis: unde, in his prouida diligētia, in illis uerò, sedula industria cōmēdatur. Saturnus cōtrā, grauē & pigrā efficit: quātis in asinis & bobus apparet: ex quo ī utrisq; laborū tolerātia mirè probatur. De facultatibus corpus humanū regētibus, ī aīali, & eius sobole, quæ ratiocinatrix dicit, ppter causas prius expositas partē sibi uendicat, Stilbon, aut si mauis Mercurius, cuius stella cū suo radio (ut antea scripsimus) quæ naturæ est uersatilis & ancipitis, nūc flauā bilē mouēs, nūc atrā, sed dilutiorem tamē, idcirco uarij téperamēti homines, & naturæ sic satis cōiūxæ, figurare solet: de quorum pictura sunt, ut hinc exordiar, aureos mōtes pollicentes: quæ difficilia sunt, pulchra existimantes,

*Mercurij stel
la qualem me
lācholiā quæ
doq; efficiat.*

*Mercurialiū
hominum mo
res & natu-
ra.*

Morbi Mercuriales.

fallaciã fallacia trudentes, tanquã in speculo multa vidẽtes: in vtrũque parati, aut versare dolos, seu certã occumbere morti: cretissantes cõtra Cretensem: nodum vbiq; in scirpo quærẽtes: fumos vendentes: oua subuẽtanea parientes: duos parietes de eadem fidelia dealbãtes: Chameleonte mutabiliores, ventorũ campos circũferentes: duabus fellis plærumq; sedentes: vulpinæ pelli leoninã subfuentes: bullatas nugas plenis oculis gerentes: somnia sibi fingentes: animis pegaso velociores: nunc de toga, nunc de pallio rixantes: ad omnia, ceu nauibus & quadrigis festinãtes: ante victoriam triumphum canẽtes: vias quibus effugiant multas habentes: omnes naso suspendẽtes: libẽter & facilẽ discentes: grẽcam fidem possidẽtes, proprijs ingenij viribus confidentes: sciendi cupiditate à publicis negotijs abstinẽtes: ab augenda re domestica, & promouendis liberis ob mirum sciendi desyderiũ, animũ prorsus alienũ gerentes: vnde pauperes in paupere tecto sæpe numero moriũtur: noĩs immortalitatẽ perituris diuitijs præferẽtes &c. Morbi quos Mercurij stella agnoscit, & suis immittit, sunt epilepsia, phrenitis, cholera morbus, quãdoq; causus, melãcholia, dysenteria, angina, phthĩsis, pleuritis, tenesmus, vertigo: in summa affectus oēs q; partim sunt Saturnini, partim Martiales, aduersus quos, optimus medicus: optimis remedijs, si maturẽ illũ cõsulueris, te peropportunẽ præmuniet, & immunem reddet. De pulsu, excrementis, & insomnijs, & alijs, quæ hæc stella suæ soboli cõmunicat, nihil peculiariter hĩc possum scribere: propterea quòd vnus naturæ, (vt iã admonui) haud quaquã esse solet: quare cõfusẽ varia ei omnia adscribes: de qua stella & reliquis sex in cœlo primarijs, hoc est, de planetis septẽ, quod ad medicã & astronomicã de illis cõmentantiuculã attinet, verbũ non amplius addã, alijs suũ locum ex ordine daturus, modò mihi placidẽ cõcesseris

ex his

ex his quæ hæctenus & alibi scripsi: rerum cœli, cū rebus corporis magnū esse cōmercjū. Adhęc peritū astronomicū, cū perito medico, admodū cōuenire, quod, vt facilius accipias, & agnoscas, veluti de auctario, sequentia duo capita, candidè, vt omnia tibi impertio.

Res cœli, cū rebus corporis magnū habent commercium.

QUOD peritus rerum cœli philosophus corpori humano admodum consulere possit, ac magnū cum perito medico habeat consortium: insuper quomodo, et quatenus de morbis liceat ex astris serio philosophari.

CAPVT XI.



UTEM ADMODUM prudens natura medicus (qualè in suis præfagijs esse cupit ter maximus Hippocrates) sedulo disquirit apud suos ægrotātes, quānā corporis particula primario affectu corripiatur, vel alteri cōsentiat: deinde quale sit laborantis tēperamentū, quæ morbi species, & qualis natura, quæ decumbētis ætas, quæ studia, quæ regio, quæ anni tēpestas, qualis victus quo per sanitatē vtī cōsuevit, quæ artes ad quas animū appulit: quo vsus sit aëre, vtatur: adhęc quomodo se gesserit erga cibū, potū, sōnū, venenem, & alia, ex quibus rectè, tuto, iucūde, & citò veras curandi iudicationes, vnā cū aptis ac idoneis remedijs, ceu de speculo videt ac colligit. Ita, qui prudēs, & peritus rerū cœli philosophus (qualè desiderat Ptolemæus) esse volet, earū dēq; cū hūano corpore, & inferioribus substātijs coaptator eximius dici, multa tēperet, plurima misceat, & innumera animaduertat necesse est: nā fieri nō potest, quæ admodū ille idē Ptol. scripsit, ut quis stellarū mixturas percipiat, nisi prius naturales differentias, temperaturasq; cognouerit. Ergo, qui seriò de morbis ex astris phi-

Prudētis medici officium ac partes.

Prudētis rerum cœli philosophi partes & officium.

Ptol. Apo. 7.

*Res sanè quã
est ardua ex
astris seriò
philosophari.*

Aphor. 13.

*Sectione 3.
Aphorif.*

lophiari studet, is imprimis, rerũ & naturalium & medicarum causas, natura effecta differentias, & alia, multo studio ac longis obseruationibus comparata, veluti ad manum habere debet, deinde duodecim imaginum Zodiaci, & septem planetarum, necnon reliquorum astrorum, præsertim insigniorum loca, vires, positus, schemata, motus, temperaturas, radiationes, exortus, occasus, cœli mediationes, progressiones, ascensiones, descensiones, latitudines, declinationes, regressiones, stationes, tarditates, velocitates, climatũ distinctiones, locorum naturas, ventorum futurorum, præsentium, & præteritorum rationes, regionum situs, cœli ad easdem habitudines, stellarum ad illas inclinationes, radiotum proiectiones, emergentium supra horizontes, & labentium siderum certas obseruationes, & denique fortuitarum, ac statarum tempestatum signa, vnà cum his, quæ Ptolemæus vbique magnus, *ἡ ἀστρική*, est secundaria nuncupat in quorum classe militant Cometæ traiectiones, ignita aeris spectra quæcunque (de quibus fusissimè in nostra Cometographia) & diurni pluuiarum, necnon siccitarũ ac ventorũ flatus, aliorũq; de quibus apud Hippocra. in Aphorif. morbis vulgaribus libro de aère, locis & aquis, ac alibi quæ omnia à motibus, & radijs cœlestium corporum, exortuque & occasu illustrium siderum, naturas, elementorum, & rerum omnium inferiorum per aërem agitantium prodire, tam confessum esse debet, quàm est manifestum. Hæc qui semel nouerit, & philosophicis, medicisque rebus prudenter aptauerit, & cõtemperarit, modo sibi deesse noluerit, verè magnum, & planè admiradum præstabit medicum. Quem ex Aegyptiorum nomẽclatura, qui astronomiam medicinæ, vbique copulauerunt, Ptolemæus *ἡ ἀστρονομικὴ ἰατρικὴ*, scita admodum appellatiõe inscribere voluit: ac si dicas, medi-

medicastronomū, seu, virum medica astronomicis per-
 appositè coniungentem. αἰγύπτιοι (inquit) συνέβαλον πάντα χη-
 τῶ δὲ ἀστρονομίας προγνοσικῶ, τὴν ἰατρικῶν. subdit paulo post,
 διὰ τῶν καλουμένων παλαιῶν ἰατρομαθηματικῶν σωταξίω μέθοδον,
 &c. quod est. Aegyptij prædictionibus astronomicis ubi-
 que medicam artem adiunxerunt, vnoquē verbo apta-
 tionem illam & medicinæ, cum astronomia cōiunctionē
 Iatromathematicem dixerūt, vt astronomia declararet
 subiectarum constitutionum proprietates: & quid ca-
 suum, cœlum nos circundans intentaret, cum proprijs
 quorumque causis: sine quibus opem certam ferri pos-
 se non sunt arbitrati: qui scirent eadem omnibus cor-
 poribus, & morbis non conuenire. Medicina verò ef-
 ficeret, vt & futuri mali auersio, & præsentis curatio,
 quoad eius rectissimè fieri posset, de concordibus, aut
 contrarijs singulorum effectionibus existeret. Hactē-
 nus Ptolemæus. Ex quo, nisi planè es talpa, facile
 audis astronomiam medicinæ plurimum opitulari. In
 qua sententia fuisse diuinum Hippocratem intelliges.
 Ἰσορ (inquit) ὅτι οὐκ ἐλαχίστον μέρος συμβάλλετε ἀστρονομίῃς ἰατρικῶν.
 hoc est. Sciendum, quod ad medicinam non mini-
 mum confert astronomia. Cui subscribit eius interpres
 Galenus, his verbis: qui astronomiæ (inquit) imperi-
 tus est medicus, hunc cælatum nolim, ipsum haud qua-
 quam obsequi Hippocrati ad illam cohortanti. Ex
 quibus summotum virorum summis verbis, & testi-
 monijs, quid aliud amabo te, colliges, quàm me-
 dicinam & astronomiam fraterno fœdere, & socia-
 li vinculo vbique, & semper apud priscos copulatas
 fuisse? Certè quisquis vtrāmq; vt par est iūxerit, exqui-
 sitè didicerit, & probe temperauerit in physiologiæ pro-
 nosticis prophylactice, simiotice, & therapeutice (preci-
 puis & summis medicinæ partibus) hoc est in téperamēti

Claud. Prol.
 lib. i. Apotel.
 seu Quadrip.

Hippo. statim
 in initio libr.
 de aere, locis
 & aquis, &
 Gal. in 1. tem-
 pestat. epi-
 dem. Hippoc.

*Elegans de-
monstratio so-
cietatis me-
dicinae & as-
tologiae.*

*Hippocr. A-
phor. 16. &
23. Sect. ter-
tiæ.*

consideratur, in præfagiendo, præcauendo, signorum
perscrutatione, & curando, ciuitatibus ac regnis, egris
atque sanis, sibi & amicis, notis ac ignotis, felicissimè, vt
postea ostendam, & summa cum laude prodesse poterit.
Sed iucundum, & (vt opinor) vtile erit, si vtriusque (medi-
cinæ, inquam, & astronomiæ) familiaritatem ac cõiugiũ,
crasso aliquo exemplo ostendero. Hoc demonstrationis
gratia, tale esto. Peritus rerũ cœli & naturæ philosophus,
q̃a initiãte verè nouo (erectis duodecim cœli tẽplis) ob-
seruat Martẽ morborũ significatorem in humido signo
cum Saturno anni collega, hospitari, & bonã planetarũ
partem cum aquosis octauis orbis stellis, de pluuiã signife-
ri statione, oriri, occidere, & cœlum mediare, sed omniũ
maximè lunam, quæ in corpora, & humorũ fermenta-
tione summum habet imperiũ,) ex eõque contubernio,
& ex ea cœli constitutione, cũ australibus ventis imbres
diuturnos, sub crassiuscula aëris caligine, suffragantibus
nouilunijs & plenilunijs effundendos ac refundendos.
Ille certè, seriõ prædicere poterit ex ea cœli & aëris incle-
mentia, ad futuras magna ex parte (quemadmodum scri-
psit bonorũ omniũ nobis parens Hippocrates) febres lõ-
gas, alui profluvia, putredines, comitiales morbos, apople-
xias, anginas, pleuritides, peripneumonias, coryzas, tuf-
ses, bronchos, dolores pectoris, laterũ, capitis, ac lumbo-
rum, & vertigines, rationẽ subdet physicam, quòd nouel-
la terra proximè adhuc hyemis larga humiditate exsa-
turata, aquosam illã veris superfluitatem, imperante cœ-
lo conquistam, imbibere, & exsorbere non poterit. Imò
verò, Sol ipse ob radiorum imbecillitatem, coquendis,
absumentis, aut diripiendis tot aquosis vaporibus, longè
ac latè sursum & deorsum refusus, satis esse non poterit.
Ex quo continget, vt ipse aëris tractus, ob maleficam do-
minantium stellarũ naturã, citò ac facile ex diuturnitate
vitium

vitium trahat, & vnà etiam corpora, quæ velint nolint in illo, qualis qualis erit, viuūt & spirant, adhæc stirpes (quibus alimur) in corruptionem, & putrilaginem, de sympathy leuiter adducat. Vnde summum erit periculum, ne præter cõnumeratos morbos, pestiferam auram aliquam alicubi etiã enomat. Addet ex medica obseruatione, quòd hyeme spirauerunt austri, seq̃ue homines multo cibo, & vini recentis potu liberiore, necnon fructibus autumnalibus à meridianis ventis educatis, ad hæc oleribus, & alijs cruditates affatim generantibus cum profundissimis somnis, sese genialiter saburrarunt: nec omittet neglectas ob intemperiem aëris exercitationes, vnà cum ichthiophagia, & profuso leguminum vsu. Quæ omnia in paratis corporibus & præcautiõe destitutis, præter obstructions, ingentem pituitam, & deploratã cum putredine cacochymiam (morborum multorum seminaria) coaceruarunt. *Δία μου ἔρανε* philosophe, ecquid ista tibi placet? Nũ verè *ἰατρομαθηματικά* esse existimas? hoc est medica astronomica (priscorum more) coniuncta. In his certè qui se vt dixi, diligenter exercere perrexerit, à futuris morborũ prognosticis euentis, præcautiõe, casibus & curatione raro decipietur: suosquẽ ab improuisis morborum insultibus tuto vindicabit. Quod Claud. Ptolomeũ innuisse audies. Qui sciens est (inquit) potest multos stellarũ effectus auertere, quando naturam earum nouerit, ac seipsum, & alios, ante euentum præpararit. Et alibi, Sapiens anima cœlesti operationi confert, quẽadmodum optimus agricola arando, & expurgando naturæ confert. Hic ego te appello medice mihi ex animo amice, cui vsque adeo sordet sacratissima rerum cœli philosophia. Ne (amabo te) posthac illam à te, & tua (vt loqueris) professione alienam esse tam temere contende: nec superciliosè, ceu formidabili summi Pontificis decreto, tam facile excommunica:

Medica astronomica prædictiones cõfirmatur, & contra.

Ptolomeus Aphorif. 5. & 8.

*Erudita hinc
admodum ex-
hortatio.*

*Exemplum al-
terum & de-
monstratio sa-
ne quam ap-
posita.*

*Medicina
quid factu-
rum: ostendit
astronomia
quid futurum.*

dequæ tuis scholis, quasi prætoriano edicto, tam leuiter relega: nec arrogantia, cum nescio qua ignorantia coniuncta (quod vitium est indelebile) à tuis principibus, Hippocrate, inquam & Galeno, tam citò defice: à quibus sollicitè ad eius studium cohortaris. Sed quorsum, instituti mei oblitus, rapior? quorsum feror? Itaque, vt à diuerticulo in viam redeam, prudens rerum cœli & corporis philosophus, stellas quo dictum est modo, ad aërem primum (qui inter causas salubres medicis principatum obtinet, deinde ad corpora, cum præfagiendo, tum præcauendo, & medicando, excussis hinc inde causis, & particularibus, & vniuersalibus (vt par est) coaptabit, & circum spectè attemperabit. Demonstrationem alteram, & exemplum tale proponam, Quia fortasse ille idem rerum cœlestium & medicarum philosophus anno aliquo animaduertit radios æstuantis Martis, æstiuę constitutionis moderatoris, de igneo Leonis signo, cum Sole, & retorrída Serrij stella permisceri, ac conuenire? atque in aërem geminato calore excoqui, idcirco biliosas febres, & ardētissimas: vel his congeneres morbos in via esse prænuntiabit: addetquæ periculum esse, ne TARQUINIUS (exempli gratia) biliosus natura, & merè Martius, in illas collabatur: ob incensam bilem ab ambiente aëre qui intus per os, nares, & arteriarum anastomoses æstuantissimus recipietur vel ob superassatum hinc sanguinè, aut aliter. Ratio ex medica obseruatione hæc erit: quòd victus, & vitæ ratione calefaciente, ac siccante, cum vehementi exercitio, & inedia, vti sileat, omniaquæ per sumenda, admonenda, & facienda tentet, quæ internum æstum augeant: qui grauius ab exteriori stimulat, & veluti incendium oleo suffuso, auctus, ex stulto insanus euadet: ac totus in igne furiasquæ (ni maturè prospiciatur) vnà cū sanguine corruet. Quid tum? huic tempestiuè interdicta omni exerci-
tatione,

tatione, interdicto alto Sole, imperatisque rebus, & causis omnibus refrigerantibus & humectantibus, cum cibis & potionibus idoneis, cum balneo frigida, & machinamentis alijs salubribus, in fumendorum admouendorum, faciendorum, & educendorum ratione positis: prohibita insuper Venere, & omni violēta animæ cōmōtione, propinatique (si opus erit) cholagogis medicamentis, nec non misso de vena sanguine, aut aliter, furias illas martiales, per æstuantem aërem in tale corpus grassari paratas, prophylacticas præsidio demulcere, imò vero eludere poterit. Atque ita periclitantem **TARQUINIUM** præmunire, ut vrens, ac plane ignea Martiæ stellæ vis, cum suo satellitio, in perfrigerato, & humectato illius corpore, incendi nequeat, nec suam tyrannidem vlllo modo exercere. Eadem methode in præuisis ex cælo, & aëre pituitosis, aut melancholicis affectibus se omnino gerere meditabitur: ex multo tempore singula, longè antè quàm irruant, consultò perpendens: quæ demum vera est prudētia, quam providētiam Seneca utique interpretatur, qua & futura quis videt, & his maturè prospicit. Hæc viam quisquis circumspectè ingressus fuerit medicus laudē sine invidia sibi cōparabit, & amicos vbique pares. Nā salutarē curationē, ut habet Hippocrates in suis præfagijs, imò verò præcautionē, & futurorū morborū præuisionē, ut ille idē in libro de aëre locis & aquis testatur, in oībus, & per oīa adhibebit. Qui studiosè (inquit) rimatus fuerit tēporis, ac anni futuri cōstitutionē, prædicere tutò poterit, qui morbi cōmuni aīe etiōe ciuitatē sint iuasuri tū estate, tū hyeme: & quæcūq; pericula vnicuiq; timēda, nō minima artis suæ gloria. Verū enim vero (inquit aliquis) vnde hæc noua prædicendi & medicādi methodus? aut vbi à principibus medicis Hippocrate & Galeno scripta? vel probata? Tametsi longū esset loca singula proferre quæ hisce de rebus adnotātur apud

*Prudentia
qua & pro-
videntia in
rebus omni-
bus optima.*

*Prima tempe-
stas. Lib. 1.
Hipp. de mor-
bis vulgar.*

*Secunda tem-
pestas. Lib. 1.
Hipp. de mor-
bis vulgar.*

*Tertia tem-
pestas Lib. 1.
Hipp. de mor-
bis vulgar.*

antiquæ medicinae uenerandum magistrum Hippo-
cratem, nihilominus, ut gustum aliquem curiosis ex-
hibeam, unum, & item alterum exemplum ex historia
uulgarium morborum deproptum huc proferre non
grauabor. In Thaso (inquit) Autumno circa Aequi-
noctium, & sub uergilias pluuia erant multae, conti-
nentes, lenes, ut cum spirat Auster. Hyems austrina,
parui uenti aquiloni, similisque ueri omnino fuit.
Ver austrinum, frigidum, parum pluit: Etesiae pau-
cae partim spirarunt. Subdit deinde, ac colligit. Cum
esset autem totus hic status austrinus & squalidus,
ante uer ex priore caelo quod huic aduersarium fuerat,
aquiloniumque, paucos ardentis febres, &c. & alibi. In
Thaso ante autumnum, frigora non tempestiua,
sed repente spirante multum Aquilone, & Austro
humida, & ante tempus coorta sunt. Haec autem du-
rabant usque ad uergiliarum occasum, & sub uergi-
lijs. Hyems aquilonia, imbres erant multi, largi, ma-
gni, niues, mixta suda plurima. Atque haec habe-
bat omnia, frigora uero non admodum erant intem-
pestiua. Iam uero post brumale Solstitium, & ubi fa-
uonius spirare coepit, aspera erat extrema hyems, A-
quilo multum spirabat, ningebat, pluebat multum
& continenter. Coelum procellosum, atque nubilum,
quae durauerunt, nec remissa sunt ad aequinoctium
usque &c. subdit. Cum totus fuisset humidus annus,
& frigidus, & aquilonius, per hyemem fere commo-
de habebant. At sub uer, multi, adeoque plurimi labo-
rabant. Primum igitur coeperunt lippitudines manan-
tes, dolorifica, humida, cruda, &c. Porro, & alio lo-
co. In Thaso paulo ante Arcturum, & sub Arcturo,
multi & magni imbres spirante Aquilone. Circa
Aequinoctium, & usque ad uergilias austrini imbres
parui

parui & modici. Hyems aquilonia, frigidi uenti, magna niues. Iam sub æquinoctiũ, frigora maxima, uer aquiloniũ, squallores, pluuiæ pauca, & frigida. Circa Solstitium æstiuum, imbres pauci, magna frigora usque ad Canem. A Cane, ad Arcturum usque, æstas calida, æstus magni, non illi ex interuallo, & sensim crescentes, sed perpetui, uehementesq;: non pluit, spirauerunt Etesia. Circa Arcturum uerò, pluuiæ ad æquinoctiũ usq; uernum austrina. Hac in tempestate hyeme paraplegiæ cœperunt, multosq; corripuerunt &c. Rursum alibi. Annus austrinus, pluuius, à uentis in totum silens: cū superioribus tēporibus squallores præcessissent. Sub Arcturũ flante Austro multũ pluit. Autūnus umbrosus, nubilosus, largè pluit. Hyems erat austrina, humida, & lenis: multò post Solis reuersionem, circiter æquinoctiũ aspera erat extrema hyems: & iam sub æquinoctium Boreas spirauit, & ninxit non ita diu. Ver rursus sine uentis, pluit multũ & continenter ad Canem usq;. Sub arcturum rursus spirante Borea, multũ pluit. Deinde sic colligit. Cū esset totus hīc annus austrinus, humidus, & lenis, per hyemē quidem salubriter egerūt, præter tabidos. Ante uer, &c. Vides optime, quātũ rerum omnium bonarũ nobis parens ille Hippocrates, aëris cōstitutiones, & tēporum statas, fortuitasq; tēpestates, in morbis, & illorũ prædictione, præcautione itē, ac curatione, probauerit. Præterea, quàm fuerit sedulus rerũ cœli perscrutator, & emergentiũ, labentiumq; syderum obseruator accuratus, qui, & Vergilias, & Arcturũ, & Canem adhæc Solstitia, & æquinoctia, & syderum quæ illorũ statũ uel regunt, uel fouent, uel excitant, non tam noscere, quàm alijs (si noscantur) usui maximo esse iudicauerit. Omittã

*Hippo. Lib. 3.
de mor. vulg.*

*Hippocrates
rerũ cœli studiosus ac peritus.*

*Claud. Ptol.
& Claud. Galen.
lenis.*

*Galenus li.
10. de usu et
natura par-
tium corpor
hum.*

*Vbi de celo
& stellis scri-
psit Gale-
nus.*

quæ in libris de aëre, locis, & aquis, in lib. de flatibus, de uictus ratione, de octimestri partu, de carnibus, de insomnijs, & alibi passim tam de stellis, quam planetis inculcat. Quæquæ illius seculo aliquid cõdo natũ uelim, in quo res cœli suã adhuc infantia habe- bāt. Nã lógè uixit ab etate Clau. Ptol. qui primus & res cœli, & motus cœlestes in harmonia redegit: cœlestiaq; philosophicis: ac medicis cõciliauit. Cui, tametsi Galenus *σύχρον* & fuisse cẽsetur, (uterq; eĩ sub Antonino & Traiano floruit) nihilominus multa in suis cõmẽtarijs, quæ ad Mathematica attinebant, de industria omittere nõ tã uoluit, quàm coactus fuit: quẽadmodũ multis in locis nõ sine iureiurãdo profi tetur. Ex quibus, hĩc unũ ne prolixior fiã, proferre fatis erit. Testis est mihi Deus (inquit) me nõ hĩc modo, uerũ etiã in multis alijs meorũ Cõmentariorũ lo cis, sponte demõstrationes quã plurimas omisissẽ, aut Astronomiẽ, aut Geometriẽ, aut Musicẽ aut alterius cuiusdã speculationis: ne medici libros meos penitus auersarẽtur. Quin in omni uita (inquit) millies id mi hi cõtigisse sum expertus, ut qui iucũdẽ, & libenter mea cõsuetudine uterentẽ, postq; me quoq; in Mathe maticis uersatũ cognouerũt, mihi insultabant, neq; ampliº meo cõsortio admodũ delectabãtur. Hactẽ nus, ille. Ex cuius uerbis, nisi me aliõ uocaret ĩstitutũ, & crabrones (ut est in puerbio) irritare pertimescerẽ colligere mihi liceret multa, quibus uolẽs libẽter su per sededo: fatis superq; suafus, Galenũ rerum cœli & naturæ peritissimũ, supra modũ timidũ fuisse: & ne scio an etiã pusillanimũ ea ĩ re, dicere illũ debeã: qui pluris fecerit familiaritatis, quàm ueritatis nomen. Quãq; de celo & stellis quẽdã alibi emisit: ut cõmen tari, in historia morborũ uulg. tertio de diebº de- cret.

cre. de usu partium, de natu. hu. tertio aphor. de mēb. cōpag. de spermate, de infirmorū decubitu: & alibi. Sed hæc (quòd ad hūc locū attinet) erūt fatis: quibus degustatis, ad se, opinor, redibūt curæ multorū in terras anime, & cœlestiū inanes: à q̄bus uenerāda rerū cœli philosophia: quā ne de limine quidem salutarūt, perinde irridetur, ac si nullū cū medicina cōmerciū prorsus haberet, & nequaquā illi uspiā subscriberet. Cōtra ueterū omnium, atq; adeò Hippocratis, Galeni, & Ptolemæi inexpugnabilia testimonia, de quibus abūde suprā. Deinceps itaq; astronomiam & medicinā, ac si sorores essent, indissolubili uinculo colligari prudēter existimabis, sed ita tñ, ut illa, quid futurū sit, doctis, & peritis præmōstret: hæc uerò qd facturū. Quæ omnia, ut facilius rursus, imò tertio & quarto intelligas, intellectaq; pro ueris, & cōfessis posthac habeas, historiam unā uiris fide & doctrina multiplici spectatissimis, ac mihi imprimis amicis cognitam & probatam, hīc tibi describere nec graua- bor, nec detrectabo.

*Astronomia
& medicina
sorores indi-
uiduæ.*

ASTRORUM peritiam, cum physiologicè, prophylacticè, prognosticis, et semeioticè, partibus medicine non ignobilibus cōuenire: ubi de Fato: et quid, quantumue possint in humana corpora, cœli ac stellarum decreta paucis differitur.

CAPVT XII.



OGATVS plus millies à multis summis & eruditis uiris, ut unam, atq; alteram historiam eorum quæ passim de cœli themate (quod ad morbos attinet) circunferuntur, scriptis meis aliquando affuerem: oborta hīc occasione, precium operæ:

*Historia in-
firmitatis ali-
cuius vera &
certa.*

*Celestis figu-
ra ratio, pro
infirmitate cu-
iusdam.*

facturum me putavi, si illis hunc in modum utcumq;
obtemperarem. Paucis antè annis, redierat ex Italia
adolescens quidã, Græcè iuxtà, ac Latinè non illibe-
raliter institutus, & mihi imprimis amicus, Is, ut erat
rerum cœli studiosus, oblato natali cuiusdam cœlo,
quod secū in paruula scheda perferebat, amicū utri-
que nostrū (qui tum me fortasse inuiserat in eruen-
dis, explicãdisq; astrorū decretis pro sua ætate ad un-
guem factū, necnō medicinæ peritum, per illud fan-
ctum & uenerabile amicitix numē, magis quàm aut
uellet, aut pateretur, anxie sæpenumero rogauit, ut
quid in infirmitatū apotelesmatis ex natali illo sche-
mate sentiret, uideretur seriò, & ex animo deprome-
re dignaretur. Quod cū detrectaret, atq; ad eos qui
talia profitentur, non sine apposita præfatione rele-
garet: precibus magis atq; magis sollicitatus, ut fieri so-
bet, tandem elucetatur. Accipit itaq; cœlestem figurã
fanèquam accuratè, ut uidi elaboratam, & fideli cal-
culo concinnatam, nam patrem adolescens ille (si ne-
scis) & medicū, & mathematicum præstantissimū ha-
buerat. Quid tum? ibi omnia din defixis oculis intue-
tur, sed Lunã imprimis, quam temperaturę corporis,
& eorū quæ circa illud accidunt (maximè in morbis)
ducem ac moderatricem ubiq; cū Ptolemæo statuit
Galenus. Hęc, quia ab inauspicato cõtubernio Mar-
tis, octauo loci ab Horoscopo hospitis, ad Saturni te-
tragonismū: aut si uis, quadrãgularem aspectū, de cœ-
li culmine exactè ferri uidet (qui Saturnus sextū cœ-
li templū morbis deputatū, in humido signo obtine-
bat, Martisq; cõsors in mortis & morborū decretis
erat) & Iouem malorū propitiatorem, de minaci ra-
diatione à Saturno, in deiecto loco, nimirū duodeci-
mo pulsari (nimiūm ibi ualēte beneficæ Veneris salu-
ta ri

tari spiraculo, ad istorum furiosas furias temperandas, nisi quòd Horoscopus, & Solem benignè, sic factis, intuebatur, sedulo admonet, eum cuius talis esset genesis, aut cui natale cœlum sic affulsisset, gravissimis morborum periculis, (si quidem superstes esset) obnoxium fore, & maximè fluxionibus, in thoracem & pulmones, partesq; capiti subiectas, clam deerrantibus: quibus, nisi maturè de consilio peritissimalicuius medendi magistri prospiceret, periculum esse ne tabidus aliquis affectus partium respirationi feruentium tandem suboriatur. Quo seque te, neglectis medicorum auxilijs, certissima mors certò intentari poterit. Sic fuit ratio. Saturnus, Ptolemæo & Galeno planeta infelix, de pluuioso signo locum infirmitatum calcans, & Lunam fabricæ corporis dominã perniciosis radijs, à Marte receptus, graviter oppugnans, efficitur congerendis humoribus longè ualentissimus: quos à Luna in humido signo constituta, ueluti à puteo quodam exundantissimo est haustus: auxiliares manus, ob signorum permutationem, & locorum familiaritatem, etiamnũ præbente Marte. Vnde destillationes sensim, ob pigram & tardigradam Saturni naturam erumpentes, expectandæ erunt: idquẽ è summo, hoc est à capite, cum ob Lunam cœli fastigium tenentem, tum etiam propter Martem infirmitatis, ut dictum est, confortem in altitudine sua positum. Ceterum, stillicidium hoc (inquit) de Lunæ, ut sic dicam, manibus, cerebro commissum, & à Saturno planeta frigido, quasi de spongia indidem expressum, penetrabilius & exitiale magis atque magis reddet, ignea Martiæ stelle natura, hospiti, iure ab eodem Saturno ex infana furiosa facta: Vnde & hepatis calorem augebit, ex quo maior

Pulchra & merè philosophica ἰατρομαθηματικῆ

Miraverum medicarum cœlo harmonia.

fiet ad tollendos in cerebrū noxios uapores accessio: sanguinēq; ob deiectū & lāguētē αἰματώσων Iouē, fermētabit: acuet ac extimulabit: qua ex re διαξέυσεως magnū erit periculū. Addēdū, ait, quòd ille idē Martis radius, quouis igne rapacior, intactā pituitā nō prætēmittet, nā & illā exacerbabit, & ut falsa, mordax atq; rodens euadat, quasi felle quodā suo, longē lateq; etiā cōdiet: molieturq; cōspirante Saturno, ut ex his omnibus talis cōmixtio fiat, talisq; fermētatio elaboretur, & stillicidiū ipsum eò furoris perueniat ut ulceret, erodat, & tādē perdat (nō solūm partes in quas decumbat, sed etiā quidquid succi, & humidi a' i nēti in corpore erit reliquū. Ex quo mirū uidebitur, nisi etiā in carniformē, ut loquūtur medici, substātiā grassetur: fiatq; hec tica paulatim depascēs & uitalē oī ex parte calorē depopulans atq; exhauriēs. Hæc cūm amicus ille noster nō nihil cōmotus audisset, uide, inquit, uir optime, quid pronūties: nā hæc fati mei uera est tabella, hoc natale meū cœlū. Quæ uox, cū silētiū simul & dolorē, interpreti amico ex tēpore indixisset, nullū uerbū amplius addere proponebat, nisi multò acrius ille institisset, bonoq; animo secū esse iussisset: dicitās se ex eorum Christianorum militum esse numero, qui quoties imperatori uisum esset, aliò immigrare libentissimē sustinerent: Adiciebat, se oīa ferriò scire percupere, ut cōsilio, præcautione, remedijs, & ope cūm humana, tū diuina, sibi maturē prospiceret, ac uiatico parato sarcinas in tempore colligeret. Quē ex animo loqui cū ipse obseruarē, uigilantiā Christiano adolescente dignam, ut laudauī, ita prudentiæ non nihil ibi desiderauī. Ostendi quicquid astrade nobis pollicerentur, id totū in humana positum esse coniectura: Nam astrologorum, medicorū,

*Mirū Christi-
stiani adole-
scentis exem-
plum.*

nauta-

nautarum, & agricolarum ars omnis, ut apud Ciceronem Quintus frater loquitur, opinabilis est, & in coniecturis posita. Cogita, inquã, imò uerò tibi certo certius promitte, sidera ipsa nullum malum nobis facere posse, sed & nequire, quia nolunt: uelle autem & posse, apud cœlestes idē esse, tuus te docuit Plato. Qua ratione, amabo te, inquã, nos summi Dei filios lædent, qui à summo bono unã cum illis originē traximus: An æquum censebis, fratres fratribus obesse? Quòd si secundus & terrestris hïc pater, tantùm diligit filios suos, qui cõparatione cœlestis, uix semipater dicendus est, quantùm primũ illum, & uerum cœli ac hominis parentem nos amare existimabis? Ergõne lædemur ab his qui cõuiuunt in domo patris nostri? patietũrne suos filios pater, quorum gratia cœlũ stellarum domicilium præstantissimũ fabricauit, detrimentum à prouidentia suã ministris ullũ accipere? Caue, Huldricè, caue, inquam, si meus esse uoles, ne posthac quicquam sinistri de cœlo & stellis in animũ inducas tuum, nec astrorũ decreta tanti facias, quam omnino negligere te nolim: quæ quia magnificis, ideo times. Probabilia (inquit) adfers Mizalde, propriis oculis mihi charior, sed quorsum igitur poëtæ, rerum cœli & naturæ peritissimi, fatũ inclamãt ineuitabile, inexpugnabile, ineluctabile, irreuocabile, & inextricabile? Quod equidē, cum recentioribus multis, antiquissimus ille Mercurius uerè Trimegistus (quẽ Lactantius, & diuus Augustinus inter Sibyllas & Prophetas adnumerandum censent) nihil aliud esse uult, quam septem planetarum, quos mũdi rectores instituit dominus, decreta: quæ idem tuus & idem noster hïc Iolainus, scitè admodùm ex meo Genethliaco mihi palàm hodie fecit. Bene inquam

*Pulchra de
stellarum de-
cretis dispu-
tatio.*

*Elegans de fa-
cto commenta-
tiumcula.*

*Quid et quā
tū in nos pos
sit cœlum.*

& bene, sed heus tu, num aliquādo apud eundē Mercurium in Pimandro etiam legisti, humanam mentem omni fato superiorem esse? uirosq; rationales, quibus Deus illā, ceu currus corporei aurigam dedit: non eadem modo quo cœtera animantia fato subiici? Certē prudens, qui uera Dei est imago, non solum fato, sed & cæteris rebus uniuersis dominabitur. Fato, inquit poëta, prudentia maior: cui subscribit Ptolemæi plebeium hoc, (nam aliter sonant Græca) sapiens dominabitur astris. Dubium nō est, quod astrorū decreta neminem condemnant, ut quæ prætoria non sint, nec homines, ut pareāt, ullo modo cogunt, quamquā propensionem quandam infundere, & afflare: obstinatē tibi negatum nolim. Præterea, non existimabis, omnia à supernis causis, significata uel promissa, in res humanas rectā deriuare, quasi inuiolabili edicto, ut nulla alia ratio, seu uis, quin ita grassentur obsistere possit. Nam ab antiquis didicisti, quod in augurijs. auspicijsq;, multa per aues portendebantur, quæ nec per illas agebantur, nec ab illis emergebant, nec ut fierēt, homines ullo modo cogebant. Maximē, inquit, unde me Plato in Timeo docuit, stellas nullo modo quidquā facere, sed prænuntiare tantū, ac significare. Hinc Hebræorum sapiētissimus Legislator, in signa positas esse scribit: non quidem omnibus, sed his duntaxat, qui ratione illa assequi possunt. Porro, quid quod Trimegistus meus, in Pimandro, me cōmonefecit, humanū animū negligere nō debere, quæ fatū intentat? Quid quod tuus Ptolemæus dixit rerū cœli peritū, multos stellarum effectus posse auertere, si se aliosū ante illorū aduentū præpararit? Quæ sententia pro me quantū faciat, propiūs, si placet, expende. Certē si stellarum,

mea-

Aphor. 5.

mearū natalitiarū decreta, antequam accidat, ceu de specula præuidero, si minus illa amoliri, saltem præmollire utcūq; potero, meq; ad eorū aduentū cōstanter excipien-
dū opportune cōponere. Quare ne incautus opprimar, si rem gratissimā mihi ex animo tibi amico, es facturus, imò verò quia facturus, sublata omni isthac disputatiōe, permitte, obsecro, vt noster hic *ἰατρογνώμιου* Iolainus, morborum meorū prognostica ex natalibus stellis, astronomice ac modice, vt cœpit, absolueret fatagat. Quid tandem? hīc obstinatē illum operam dare cum videremus, omnia vt seriō intelligeret, propositum fuit. Itaque ad physiologiam & simeioticen, medicinæ, & astronomiæ partes non ignobiles, commodū diuertimus: corporis habitum in primis cum totius tēperamēto excutiētes: deinde ad vitæ, & victus rationem cum præsentē, tum præteritam, ad aliāq; multa artem vtranque spectātia & mentem & oculos conuertentes. Paucis; deprehendimus in adolescente caput supra aliarum partium iustam symmetriam enorme, & cum oblongo collo, thoracem plus æquo angustū: quæ in Phthisim, aut tabem procliuis hominis vera sunt signa, nec non ad excipiendas, reddēdasq; fluxiones, organa sanequā apposita. Dicimus insuper *ἰατροσίου* in multam quandoque noctem illi familiarem esse, fuisseq;: cum inexpugnabili in somnum propensione, statim à mensa, neglecta suo tempore cum animi, tū corporis omni exercitatione: ex quibus quātus cruditatum, vaporum, & effumationum fiat prouentus æstimandum relinquebamus. Hæc, & item alia multa (quæ prudens omitto) cum superioribus, verè *ἰατρομαθηματικά*, hoc est medica astronomicis cōiūcta, cœlestibus decretis subscribere cum intellexisset, atq; admodū probasset: agite (inquit) amici, quando hucusq; progressum est, de tempore isti infirmitati dicto, nisi aliud vos distrahit, ex peragra-

*Hæc videant
Iatromathe-
matices stu-
diosi.*

ἰ. vni potione

*Magna rerū
cœli utilitas
peritis &
prudentibus
medicis.*

tionum arte, quas vester Ptolemæus *ὑπερπύκνους* nuncupat, aliquid (obsecro) pronuntiate. Brevis erit historia: hîc directionum, vt vocant, abacum, quæadmodum ars exigat consulimus: ostendimusq; septimum mensem post quartum & vigesimum annum à natiuitate, morbum illum promittere: sed qui mitissimus esset futurus, si adhibitis in consilium peritissimis medicis, sibi præcauendo prudenter prospiceret, victusq; ac vitæ rationem aliam à priore sibi institueret, bonoq; animo ac infracto esset. Quod se facturum cum libenter recepisset, non sine luctu & lachrymis, patriam breui post tempore reuifens, nos dimisit. Quid prætera? duobus abhinc annis, supra menses aliquot, ecce literas ad nos scribit, quibus significat se hæmoptysi, tabis preludio, correptum, malè decubere, atque sibi pessimè formidare: nã decretorijs ex calculo præfagijs, tempus illud respondebat: hinc nos, hinc grauer casum miseramur amici. Rescribimus, moneamus & hortamur, amicum ne despondeat, qui multum in re mala valet, sequè non neglectis humanis præfidijs, totum, quantus est medicorum summo, sine quo est omnis medicina venenum, tutissimè cõmittat. Addimus morbum ex eorum genere esse, quos sine periculo *ἡρόνους* nuncupant: quàmquam re vera aliter sentiebamus, dicam paucis: rescribunt amici, rem seriò inualescere, hoc est morbum radices altius in dies defigere: proinde præcari, vt fratres in fratris negotio non defatigemur. Quid facias? aut quid (obsecro) amicis neget honesta petëtibus? obsequimur, authores bonos excutimus, decreta natalium stellarum iterum percurrimus, anni conuersionem exploramus, missam ad nos decubitus horam cum sua coeli facie obseruamus, præsentem anni tempestatem ac futuram animaduertimus, aliaque nõ pauca cœlestis philosophiæ præcipua in eam rem capita consulimus:

Amicus bonus, consultor optimus.

mus:

mus: quæ cùm Martium mensẽ de omnibus fatalem illi minarentur, & medicorum placita, atque adeò vnius Hippocratis, inclamantis ver tabidis perniciosum, subscriberent (tanta est cœli cum medicina harmonia) illico amicis rem eam literis indicamus. Quid tum? tristissimo huic prognostico, ô fata, suus luctuosus non defuit euentus: qui vtinam tam vanos & falsos nos habuisset, quàm veros reperit. Itaque sub finẽ Martij quo tempore Sol crisis eius moderator (nã chronicus seu longus erat morbus) primũ tetragonum loci, in quo fuit decubitus hora, attigit (vt in eam rem alia multa taceam) præsentibus amicis foeliciter in Christo obdormijt. Hæc sunt quæ, vt amicorum quotidianis efflagitationibus acquiescerem, hîc scribere visum fuit. Ex quibus, rerum cœli & medicinæ candidati ad similia perscrutanda, fenestram sibi apertam habebunt, facilẽque in posterum intelligent, quid commercij & societatis secum vbique gerat, astrorum peritia, cum rebus medicis. Ad hæc, quàm legitimum sit Aesculapij & Vraniæ coniugium à nobis alio libro scriptum & demonstratum. Quod tum sanè dissoluẽdum arbitraberis, cùm Apollo ipse, aut, si mauis, Phœbus, medicinæ parës & autor, in cœlo (quod medicas materias vegetat) esse, ac lucere desierit.

*Magna cœli
cum medici-
na harmonia*

*FINIS planetologia Antonij
Mizaldi Monsluciani.*

1550.

I ij



ANTONII

M I Z A L D I
MONSLVCIANI SATYRI-
CA DE *Μυσροεισ* EXPOSTV-

LATIO: QVAM DVM SACRIS
VRANIAE HAUD ITA

pridem initiaretur, præci-
pitavit veriùs, quàm
elabora-

uit.
S.

*Satyricū ex
ordiū & ab-
ruptum.*



C O E L V M, ô terra,
ô maria Neptuni. Si
humanū corpus thea-
tri cœlestis imaginem
pulcherrimam circū-
fert? si dies & noctes
cœlorum agitationi
subiicitur? si ad imita-
tionem cœlorum cō-
ditum est? si eadem di-
uinitatis substantia, &

cognitionis ope, seu simile, à simili modificatur & vi-
get? si animorum origo, si prima hominis formatio
est verè cœlestis? si post cœlorum vsque adeo venustam
fabricam, vnus homo à Deo Optim. Maxim. erecta
sursum facie, & patētibus ad astra oculis solus de omni-
bus mundi animantibus est æditus? Qua impudentia

ἄμυσ

ὄμωσθ' αἰνοῖ. Gygantes irato cœlo nati, audetis rerum cœli, nō dicam peritiam, sed & contemplationem vni homini inuidere? & (quod certè dolèdū magis) interdicere: Quid hoc est, nisi mera infania est? Epicuri de grege porci, inter spumātes pateras, & suauiter fumātes lances distento pingui aqualiculo obgāniunt (si dijs placet) cœlorū historiā cum suis rebus fabulas olere: ac cœleste illud theatrum omni admiratione superius, inutile esse? ô talparum humi perpetuò defossarum cæca pectora? ô inutilem gregem? ô naturæ horrendissima monstra, ferro & igni perdenda? quibus videre, nedū intelligere prorsus negatū est, menti diuinæ propinquissima illa corpora, lumen amœnissimum, & vitā caducis mūdi rebus quotidie accēdere. Quæ quorsum, (obsecro) cœlo quā eminentissimo, quod omnia quidē tegit atque cōplectitur, miro ordine, meatibúsque indefessis ferrētur, nisi mūdo sublunari aliquid quotidie irradiarēt & inspirarēt? quod tū se prodit, cū res ipse in lucē, quæ vita dicitur, exierūt. Quæ radiatio cū suo spiraculo, quia à positis cœli & terræ fundamētis cōtinua fuit, & ex assuetudine nisi à doctis, & bene natis neglecta, vel saltē parū animaduersa, ideo ab istis in naturā quā rerū omniū parētē faciūt, vulgò reijci solet ac si natura & cœlū pugnarēt: & Sol, vt scripsit philosoph⁹, & planta, plātā nō gignerēt *naī* isti perinde atq; Vpupæ & Scarabei in fimo & stercore pepertuò versantes, sacrilega cogitatioe sibi persuadēt, cœlos, opera manuū Dei in tā stupēda rerū mūdi multitudine ociosos esse, quos Aristoteles diuinorū corporum, quæ sidera appellat, plenos esse, ad Alexādrum regem & discipulum, scitè admodū scripsit ad eosque numeros quotidie moueri, quos Deus cœlestis chori venerandus magister, & mūdi totius Corypheus, *ὄμωσθ' αἰνοῖ*, auspicando sua illis modulatur benignitate. Velim mihi dicant isti, vel potius pro illis mihi respondeat alter,

Epicurei dereliquis omnibus, & Dei, & rerum cœli osores sceleratissimi.

Cœlestiū corporum motum & aspirationem inutilem ociosamq; non esse.

Cur homo ere-
cta ad cœlos
facie creatus
& genitus.

factū né fortuito sit, quòd homo inter omnes mūdi ani-
mātes, solus erecta corporis figura, & ab omni deiectione
aliena uiuat ac spiret? nequaquā: quin potius ut cœlū (sic
instituyente diuina prouidentia) prima oculorum apertio-
ne, rectā, primoque intuitu aspiciat atque illinc conce-
ptos cœlestes igniculos, & antiquum suum hospitium
agnoscat: in quo, si hesitant proferre nihil cunctabor Na-
sonis elegātes ea de re versiculos.

Lib. 1. Meta.

*Pronaque cum spectent (inquit) animantia cætera terram:
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Iussit, et erectos ad sidera tollere vultus.*

Hominis pul-
chra ἐτυμο-
λογία.

Hæc si minus isti recipiunt: dicat pro illis quispiā, quid est quod
ineffabilis ille ὀμωσργός, ambobus oculis sedē in capite eni-
nētiore corporis parte, poti⁹ addixit, quā ī thorace, vētre
aut pedib⁹? respōdebit, opinor, quod vnū hoīem que sursum
sunt, nō que supra terrā, omniū maximē sapere vellet: ocu-
lorūq; radios, cœlestibus radijs affines, in cœlū antiquā
patriā, & beatorū sedē cōuertere. Quod Græci nomē cla-
tores innuere mihi vidētur, ἀνδραπόμ, ἀπὸ τῆς ἀνω, καὶ πρὸς τὰ ὀρθὰ
nūcupātes, ac deducētes: hoc est, à cōuersiōe oculorū ad
superiora. Aqua sentētia, nō longē recessit Milesius Tha-
les, vel, ut alij tradūt, Clazomenius Anaxagoras: qui ali-
quādo interrogatus, ecquid natus esset, ut cœlos, (inquit)
intuear, & quò me pedes ferre minus possunt, cō, visu sal-
tem, & cogitatione perreptē. Nec multū abfuit Plato, scri-
bens hominibus oculos in erecto corpore datos fuisse, ut
duces ad Dei agnitionē essent: viso cœli lumine, & cogni-
tis motuū cœlestiū legibus. Quorū presidio, papè: quāta
voluptas nō modò terras & maria, sed & sidera ipsa co-
gnatōsq; cœlos pererrare? & celeri impetu per tenuissima
queq; aeris spacia ferri? labētesq; & emergētes, nec nō me-
diū itineris sui cursum tenētes cū planetis cœlestes imagi-
nes, ac alia pleraq; intueri? Quo tandē gaudio stolidū, &
fruges

Cur homini-
bus dati ocu-
li.

fruges consumere natū pecus hoc Epicureū, affici credat eos, qui cū his curis, imò verò cū meris & solidis hisce gaudijs pernoctāt: interea dū vino, alee, sono, furto, calūnijs & homicidijs sese perditissimè dedit ac veneri (ne qd foedi-
 dius dicā) impia sacra facit. Nescit, ita me deus amet, nescit mens caducis mūdi sordibus obruta, omnia quæ vastissimus coeli circūflexus capit admirationi, spectaculo, significationi & vsui iprimis dicata esse. Idq; inuisibile & sapientē rerū omnium cōditorē maximè voluisse: qui in tā ta operū quę edidit varietate, vnū hoīem ex oībus animā tibus sermonis & rōnis capacē, paululū supra terrā (hinc inde superstrato coelo) rectā collocavit: vt sursum deorsumq; spectādo haberet quod admiraretur, quo vteretur, ā quo signa exciperet: pręterea, in quo se oblectaret, oblectādo miraculorū tantorū authorē agnosceret, agnitum amaret, amando frueretur, & fruendo vitam eternā possideret. Animus certē rerū celestium studijs addictus (propterea quod diuinū nescio quid habēt, imò verò dei oīpotētis gloriā planè enarrāt) ea cōcupiscere nō pōt quę sunt vitia: non illicitis distringi curis: tātū id qd pulchrū est affectās, quod purū est amplectēs, quod diuinū sapiēs, & immortalitatis ardore, quod mortale est, ac periturū, cane peius, & angue prorsum fugiens.

*In studio rerū
 cœli, voluptas summa.*

*Utilitas studij
 & cognitionis rerum
 cœli.*

Lib. I. Fastorum.

Fœlices anime (inquit Naso) quibus hæc cognoscere primū,

In quę domos superas scandere cura fuit.

Credibile est illos pariter vitijsquę, iocisquę,

Altius humanis exeruisse caput.

Non Venus, et vinum sublimia pectora fregit:

Officiūquę fori, militiæquę labor:

Non leuis ambitio, perfusaquę gloria fuco:

Magnarūquę fames sollicitavit opum.

Ad mouere oculis distantia sidera nostris:

Aetheraquę ingenio supposuere suo.

*Quid plerof
que auertat
à studiis re-
rum cœlestiū.*

*Tullius in
sommio Scip.*

*Deus astro-
nomia vt re-
rum aliarum
author.*

Sed auida nescio quæ rerum interiturarum cura, à tam præclaro studio, tam diuinis lucubrationibus, & utili cogitatione, quàm plurimos ineptissimè auertit: externe cuiusdam beatitudinis opinione: qua imbutus, atque etiam immerfus animus suo opte nutu sideris: quo tãdem modo existere, ac cœlũ suspicere potest? Scipionem fingit Cicero corpore in sublimem aëra traductum, quo loco cõfinia sunt cœli: & vbi cum maribus omnibus terra iam vanescit: illincquẽ mundi vastitatem intinuius perspiciere, ac omnes mortales insanos clamare, qui rerum mũdi inferioris quidquam admirantur: cum id solũ quod sursum est magnum sit, & spectaculo imprimis dignum. Ergo, terquẽ, quaterquẽ miseri cẽsendi sunt, quos tam iucunda contemplatio nõ oblectat, nec eximia hæc Dei & naturæ sursum lucentia miracula nullo modo permouent, & excitant. Stultum pecus est (inquit Plato) non homo, quicũque astronomiæ studio non tenetur: cuius neminem nisi Deum, authorem & repertorem faciũdũ puto. In qua heresi totus est Marcus Manilius in suo Astronomico ad Augustum Cæsarem: vbi negat potuisse fieri, vt res tam procul à nobis dissitæ, à quoquam mortaliũ depræhensæ fuerint, sine demonstratione aliqua diuinitus oborta. Deo itaque charus est, & vt ille idem canit.

Felix, qui ad sidera mittit

Sidereos oculos propiusquẽ aspectat olympum:

Cognatamquẽ sequens mentem, se querit in astris.

Quæ si sunt, vt re vera sunt, quid est quòd ad se non redit hoc ἔρωσιπ vt cum Hesiodo loquar, ἀχθὸ ἀρξῆς? Quid est quòd sterilis hæc hominum seges paulò altius, quàm ad cellas vinarias, granarias, pecuniarias non transit, ac peregrinatur? In quibus, quia dormiens vigilat, & vigilãs dormit, esuriens saturatur, & exsaturata esurit: nihil, nisi quod paruum est, mortale, & planè contemptibile admi-

*Præpostera
multorũ mor-
taliũ cura.*

rari

rari potest: omnia magna existimans, quia nihil maius nouit. Sed omiſſis *μυστηρίοις* ad *φιλοσοφίας* sermonem conuerto. Hic itaque te appello *ὄυρανοφύτευτε φιλόσοφε*, Hic te inclamo animal uerè coeleste homo: qui cum caelos quotidie in imagine parua tecum circunferas, coelestia sapere perge, *Εἶα*, coeleste domicilium tuum perlustra: & patentibus oculis uenustissimam æquè ac uetustissimam diuini operis fabricam, stellatis gemis pretiosissimis decoratam intueri, si minus coepisti, saltem aggredere: sat citò, si sat bene. Illinc, mihi crede, commoda magna feres. Nam coelestium rerum contemplatione, ceu diuinitatis recordatione, à sordidissimis rerum humanarum curis, & corporeis nexibus, tete exolues: ac mortalitatis huius commodis excusis, ad immortalitatem felicissimè traduceris. Deinceps, ista hominum, quid inquam hominum? imò uerò beluarum monstra deride, & contemne: quæ te non solum transfuersum agere omnibus modis satagunt, sed etiam caelum proprijs uiribus (ô scelus) spoliare, & nugacissimis calumnijs impetere antiquissimumq; philosophorum, regum, sacerdotum, & patriarcharum studium abolere per tentant. Audi potiùs Iulium Firmicū, uirum in caeli historia summum. Quum simus (inquit) cum caelo & stellis, non parua cognatione iuncti, non debemus eas sacrilegis disputationibus, & calumnijs, proprijs priuare potestatibus: quarum quotidianis cursibus, & reformamur, pariter & refocillamur. Valebunt itaque in posterum, & ad furcas tibi amandabuntur Epicurei omnes, cum suo porcorum grege: qui nec caelum probant, nec illius inexplicabilem uim, & pulchritudinem admirantur, sed inutilem ubique prædicant: quos ne hominum.

*Exhortatio
admodū pul-
chra, ad rerū
caeli studio-
sos.*

*Cælū non de-
bere peti &
lacerari.*

quidem uocabulo dignos, ob id iure bono erudita censuit antiquitas. Nam præterquam quòd cum humana natura, quæ ad res cœli perscrutandas & suspiciendas est condita, obstinatè bellum gerunt, etiam impiè θεομάχουσαι Dei enim Opt. Max. qui per ea quæ facta sunt, tanquam in speculo elucescit, contemplationem abolent, ac impediunt. Nec ponderis alicuius duces, quòd apud Pindarum extat: *θνατὰ θνατοῖς πρέτει*: quod est, mortalia mortales decent. Insuper, quod Antiphanes protulit, (quemadmodum à Gnomologicis Græcorum citatur) *εἰ θντὸς εἰ βέλτισι, θνιτὰ καὶ φρόν.* hoc est. præclare, si mortalis es, mortalia cogita. Quos post Democritum, tertius quidam *ἀνώνυμος* etiam est sequutus, uel potiùs interpretatus: paradoxo loco, ut multa, hunc in modum scribens,

*Multi falsò
res cœli olim
damnauerūt.*

Mitte arcana Dei, cœlumq; inquirere quid sit.

Cùm sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.

Quæ sententia, quàm Epicurissimum oleat, iudicabunt docti. Sanè, quum animo situs uerè cælestes, & cœli, rerumquæ illius abstrusam imaginem nobiscum quotidie circumferamus, quæ cœlestia sunt rimari potiùs debemus, quàm quæ terrena, & mortalia. Ut interim non omittam, quòd *ὁμοιογ,* (quemadmodum ex Empedocle scripsit Aristoteles) *ὁμοιὸς ἐφίεται.* Nemo me hercule fani & integri pectoris, unquam inficiabitur, immortalē & inuisibilem cœlorum & hominis conditorē, cœlestium corporum cognitionem ob nullam aliam causam deorsum misisse, nisi ut ad suæ maiestatis admirationem, sapientiam, & amorem
ceu pe

*Simile oble-
tari simili.*

ceum per summos gradus, & res totius uniuersitatis mundi præclarissimas, humanum genus alliceret. Quam cognitionem qui aspernatur, degenerem animam se habere non aliter prodit, quam apud Homerum Polyphemus, negans se ullos deos reuereri, ac cœlum ullum agnoscere. Addam ex aliorum scriptis, quòd unum (de omnibus) rerum cœli studium, & contemplatio, aduersus publicas priuatâsque calamitates, odia, rixas, bella, & similia: quæ homines inferiorem duntaxat mundum resipientes, sollicitant, & pro meritis exercent, præsentissimum remedium adferre solet. Cùm enim ad ueritatis, & rerum uerè admirandarum agnitionem animos incendat, intellectumque cum cogitatione ad ea quæ gloriam Dei enuntiant, dirigat, uiros bonos, & discordiarum fugitantes hinc parere dubium non est: quibus & domi, & foris, pax cordi semper esse consuevit. Sed de his alibi. Te itaque repeto cœlestis homo, cui ecquid superest, nisi ut Delphicum oraculum è cœlo iam olim tibi demissum expleas, quod in summa habet, *γνώθι σεαυτόν*. Deinceps itaque te noscere, ac tecum habitare discere: commerciumque quod cum cœlo magnum & admirandum habes, propiùs agnosce. Casta placent superis: Ne itaque scarabeorum more, in foedissimo telluris stercore, & rerum illius turpissima lacuna, te in posterum commacula: quin potiùs summi Dei, cui soli regere uniuersa, pro imperio, ut scripsit Plato, datum est sapientiam, bonitatem & amorem in te respice. Hunc ama, hunc adora, cuius uerbo & nutu, totus quantus es, si tamen aliquid es, prodijsti: imò

Quid proficere rerum cœli studium.

Seipsum debet noscere homo.

Pulchra ad Dei uenerationem corroboratio.

*Quæ sursum
sunt, non quæ
supra terram
querenda.*

*Pia admodum
& christiana
paraclesis
ad rerum cœ-
li osores.*

uerò uniuersa mundi & rerum illius uniuersitas. Hic rursus appello te humana mens: an faces erunt admouendæ, quæ te tanto bono indormientem excitent? Eia, radiat Phœbus, præluceat Luna, scintillat cœlum. Itaque sursum meare contende: die, nocteque per facile tibi patebit iter. Nam in illo Apollo, in hac, Diana cum innumeris stellarum centurijs, eò te deducet placidè, ac reducet. Siccine tui Dei opus negliges? Siccine cœlum terræ postpones? Nihil sanè abiectius, nihil fœdus, nihil denique perniciosius, quàm terrena tantùm sapere, quum sciamus conditorem nostrum, Deum Opti. Max. nos ad altiora & præstantiora uocauisse. Ne itaque in posterum erubescamus ô homines, animal uerè sanctum, animal mentis capacius altæ, cœlos patriam nostram agnoscere, & exclusis omnibus dissimulationum trepidationibus, maiestatis nostræ auctoritatem profiteri. Animum nostrum, cui origo est uerè cœlestis, ita componamus, ut per semetipsum numinis sui præsidio roboratus, dignum suo auctore, & hospite, aliquid semper faciat, ac cogitet: ut sic institutus atque formatus, rectum, & incorruptum immortalitatis iter, origini suæ aliquando restituendus, foeliciter inueniat: nec errantibus gressibus, trepidantibusque uestigijs, sempiternis cruciatibus ob terrenæ cuiusdam beatitudinis curiosum cum pernicie studium, destinetur. Intueberis itaque posthac ô homo *φιλῶντε*, patentibus oculis cœlum uniuersitatis librum, & magnum naturæ seminarium: atque illuc (ut præsentem paraclesim tibi claudam) cum Pythagora cogitatione saltem, & pectoris oculis, alacriter, & ex animo perreptare contendes. Hic (mihi crede) nihil nisi res sæculorum regis

rum regis summam prouidentiam spirantes, perui-
gili contemplatione, & sagaci aspectu repe-
ries: quarum miraculo, mens tua maiesta-
tis suæ recordatione, & inuentæ ori-
ginis amore exhilarata, ab omni
uitiorum sorde eluetur: ac tan-
dem authori suo beatissi-
ma restituetur.

*Finis ex postulatiuncula, de Μυσταγωγίαις, hoc
est de cæli osoribus, per Antonium Mizal-
dum Monslucianum.*

K iij



L V C I A N I

Q V E R I M O N I A,
Q V O D V E T V S T V M D O -
C T R I N A E G E N V S D E C O E L O

ET STELLIS NON EXERCEA-
TUR, NEC YLLO IN PRECIO

habeatur: cum præclara nomen-
clatura eorum, qui res cœ-
li non sine immortalis
nomine, olim
excolue-
runt,



*DESID. Erasmo Roterodamo
interprete.*



*Iusta expo-
sitione in eos q
res cœli negli-
gunt.*

DE COELO, DE QUÆ
astris est nobis insti-
tutus sermo. Non de
ipsis quidem astris,
neq; ipso de cœlo, ue-
rùm de diuinatione,
ac ueritate, quæ ab il-
lis in hominum uitã
proficiscitur. Neq;
rursum tibi hîc sum
traditurus, quo pa-
cto uinatione hanc assequi liceat. Sed illud conque-
ror, doctos omnes cum in ceteris omnibus exerceant
fese,

fese, solam Astrologiam nec habere in precio, nec exercere. Atqui hoc doctrinæ genus uetustum est, neque nuper ad nos peruenit: sed inuentum est priorum regum, quos Dij amabant. At huius ætatis mortales, non solum inscitia, sed etiam odium laboris, diuersa ab illis sentiunt. Cumque forte inciderint in eos, qui falsa prædicunt, tum & astra culpant, & ipsam Astrologiam habent exosam, neque salutarem eam, neque ueridicam arbitrantur. Sed artem magis falsam, atque inanem: haud rectè, sicuti quidem mihi uidetur, sentientes. Neque enim ob imperitiam fabri, ars ipsa culpatur: neque ob cantoris inscitiam, ipsa Musica parum est erudita: quin illi potius artium sunt ignari. Cæterum, ars unaquæque suapte natura scita est. Primum igitur Aethiopes hanc rationem mortalibus tradiderunt. In causa fuit, partim gentis eius sapientia (nam cæteris quoque in rebus ipsi reliquos homines antecellunt sapientia) partim etiam regionis quam incolunt opportunitas: propterea quod apud eos perpetua sit cœli serenitas, tranquillitasque: neque patiuntur anni mutationes, sed eadem temperie uiuunt. Itaque cum primum uiderent Lunam non semper eodem uultu apparentem, sed uaria subinde specie, & in aliam, atque aliam uerti formam, uisa est illis ea res admiratione, atque disquisitione digna. Deinde cum inquisissent, reppererunt hanc esse earum rerum causam: quod Lunæ non esset Lumen proprium, sed à Sole mutuatum. Inuenerunt autem & reliquarum stellarum motus, harum quas nos erroneas appellamus. Nam stellarum hæc solæ mouentur, naturamque earum ac potestatem, & effectus quos unaquæque præstet, nominibus quæque

*Astrologiam
ex se falsam
non esse.*

*Primi astrologi
inuentores
& excul-
tores.*

*Sedula aethio-
pum diligen-
tia in perseru-
tandis cœli
rebus.*

*Aegyptiorū
sedulitas in
rerū cœli per
uestigatione.*

*Aegyptij so-
lertes in diui-
nationibus.*

*Libyes rerū
cœli studiosi
fuerunt.*

inditis, non illis quidem ut multis uisum est, cōfictis, sed quæ notæ rerum essent. Hæc igitur in cœlo perspexerūt Aethiopes, mox Aegyptiis finitimis artem imperfectam tradiderunt. Porro Aegyptij diuinandi rationem, quam ab illis dimidiatam acceperant, in maius prouexerunt: quippe qui mensuram etiam, ad quam unaquæque stella moueretur, indicarint. Ad hæc, annorum, mensium, horarūque numerum instituerunt. Ac menses quidem illi Luna metiuntur, atque eius recursum finiunt. Annum uerò Sole, & eius circuitu mensurant. Quibus etiam maiora ostenderunt. Nam ex uniuerso cœlo, reliquisq; stellis, & errantibus, & fixis, neque simul cum cæteris sese mouentibus, duodecim partes effecerunt in his quæ mouentur: & unamquamq; suis animalibus representarunt: partim marinis, partim humanis, partim feris, partim uolatilibus, partim pecudibus. Unde & sacra Aegyptiorum uariè fiebant. Neque enim omnes Aegyptij ex omnibus duodecim partibus cœli diuinabant: sed alij aliis utebantur partibus. Itaque Arietem colunt, qui ad Arietem spectabant, Piscibus non uescuntur, qui pisces adnotarant. Nec hircum mactant, qui Capricornum uiderant, atque alij item, alia uenerabantur, quæ quisque inuenerat. Quin Taurum etiam ob honorem cœlestis Tauri colunt. Nā Apis apud illos, res imprimis sacra, regionem fortitus est, & qui eam incolunt partem, oraculum quoque dicarunt, signum uidelicet diuinationis, quam à cœlesti Tauro petunt. Ac non multo post Libyes quoque artem hanc sunt aggressi. Si quidem & oraculum quod est apud illos Ammonis, ad cœlum, & eius scientiam refertur: iuxta Ammonem, quem illi Arietis specie fingunt.

Callucunt

Calluerunt autem & hæc omnia Babylonij: atque hi *Babylonij.*
 quidem affirmant se primos omnium fuisse. Verum,
 vt ego existimo, multò posterius ad hos scientia hæc
 peruenit. At verò Græci, nec ab Aethiopibus, nec *Græci.*
 Aegyptijs de Astrologia quidquam audierunt. Sed
 illis Orpheus Oeagro & Calliope prognatus, primus
 ista monstrauit: non ille quidem admodum dilucidè,
 neque rem clarè docuit, sed præstigijs, ac mysticis in-
 uolucris obtexit. Sic enim illi visum est. Nam concin-
 nata lyra, Orgia instituit, sacrasq; cantiones illa decan-
 tabat. Porro lyra cum septem haberet chordas concen-
 tum mobilium stellarum repræsentabat. Hæc conqui-
 rens, atque agitans Orpheus omnia demulcebat, o-
 mniaque vincebat. Neque enim illam hominis lyram
 spectabant, neque illi alterius musices studium erat: ve-
 rum hæc magna illa Orphei lyra. Hisce rebus cum Gre- *Pulchra de*
 ci honorem habere vellent, locum illi in ipso cælo *Orphei, &*
 designarunt, & complusculæ stellæ vocantur Orphei *eius Lyra.*
 lyra. Quòd si quando Orpheum videris, vel saxo
 expressum, vel coloribus effictum, sedet in medio
 canenti similis, manibus tenens lyram. Circum hunc,
 animantium innumera multitudo, inter quæ & ho-
 mo, & Taurus, & Leo. Cunque horum singula
 videris, fac horum mihi meminris, cuiusmodi sit il-
 lius cantus, cuiusmodi lyra, cuiusmodi Taurus, &
 cuiusmodi Leo Orpheum audiant. Quòd si eorum
 quæ dico causas intelligas, certè in cælo horum quod-
 que contemplaberis. Fertur autem & Tiresia gene- *Tiresia Boe-*
 re Bœotius, diuinandi gloria multum celebris fuisse *tius in diui-*
 Hunc ex Græcis, aiunt dixisse stellarum erraticarum *nando cele-*
 alias esse foeminas, alias mares, non tamen eadem ef- *bris.*
 ficere. Vnde eundem ancipit quoque sexu fuisse fabu-
 lantur: aliquando foeminam, aliquando marem. Por-

ro, Atreo, & Thyeste de regno paterno decertantibus, iã
Atreus & Thyestes. tum maximam Astrologie, cœlestisq̃ue doctrine curam
 fuisse Græcis, palam est. Ac publico consensu statuerunt
 Argiui, vt vter scientia præcelleret, is imperio potiretur.
 Ibi Thyestes Arietem illis in cœlo demonstraui: atque
 hinc aureū Arietē Thyestæ fuisse, proditū est fabulis. At
 Atreus de Sole, deq̃; vario illius exortu locutus est: ostē-
 dens non eodem modo ferri Solem & mūdum, sed con-
 trario inter se cursu rapi. Et q̃ nunc videtur occasus, cū
 sit occasus mundi, Solis exortum esse. Hæc locutum Ar-
 giui regem crearunt, magnāq̃; hinc doctrine laudem est
Bellerophon. assecutus. Equidem & de Bellerophonte similia sentio:
 nam alatum equum illi fuisse, non admodum credo. Ve-
 rùm arbitror illum hæc disciplinam sectantē, sublimiaq̃;
Phryxus. cogitantem, & inter astra versantem, in cœlum nō equo
 ascendisse, sed animo. Eadem de Phryxo Athamantis fi-
 lio dixerim, quem aureo Ariete, per aërem vectum fa-
Dædalus. bulantur. Quin & ipsum sanē Dædalum Atheniensem
 etiam si res est noua auditu, tamen haud existimo
 eum ab Astrologia fuisse alienum. Sed cū ipse ea
 maximè est vsus, tum filium suum eandem perdo-
Icarus. cuit. Ast Icarus cū iuuentutis calore, & incitia, non
 ea disquireret quæ conueniebant, sed ad ipsum vsque
 polum animo tolleretur, delapsus est à vero, totaq̃ue
 aberrauit arte, & in rerum immensæ profunditatis ma-
 re præceps decidit. De quo Græci secus fabulantur,
 qui ex eius nomine sinum Icarium frustra vocant. Fie-
 ri potest, vt Pasiphaë quoque cū ex Dædalo de Tau-
Pasiphaë. ro audisset inter stellas apparente, deq̃ue ipsa Astro-
 logia, in artis amorem inciderit: ob idq̃ue factum exi-
 stimant, vt Dædalus illam Tauro copularit. Sunt
 autem qui scientiam in portiones partiti, in singulis
 parti

partibus, singuli elaborarint. Alij in ijs, quæ ad Lunam, alij quæ ad Iouem, alij quæ ad Solem pertinent, & ad illorum cursum, motum ac vim congerentes. Sic Endymion Lunæ rationem tradidit. Phaëton Solis cursum deprehendit: non ille quidem verè, sed moriens imperfectam artem reliquit. Hæc qui ignorant, Phaëtonem Solis filium credunt: fabulamque de illo haudquaquam veram narrant: adijisse Solem patrem, ac postulasse ab eo, vt sibi liceret lucis currum moderari, illum id concessisse, monuisseque qua ratione foret aurigandum. Phaëtonem verò conscenso curru, partim ob ætatem, partim ob imperitiam ita egisse, vt aliquando esset vicinus terræ, aliquando longo semotus spacio à terra: interim mortales frigus atque æstus intolerabilis conficiebat. Ob id indignatum Iouem ingenti fulminis telo percussisse Phaëtonem: eum deiectum sorores circumstantes magno luctu prosequiebantur, donec immutarent formas, quæ nunc sunt Populi, ac lachrymarum vice, quibus fratrem deplorabant, electrum destillant. Haudquaquam hæc ita gesta sunt: neque pium est his habere fidem, neque Soli fuit filius, neque illi filius interijt. Sed narrant Græci, & alia multa fabulosa, quibus ego non admodum credo. Nam quî consentaneum est credere Aeneam Veneris fuisse filium, aut Minoa Iouis, aut Ascalaphum Martis, aut Antolycum Mercurij: Verùm hi bomines pij, Dijsque grati fuerunt: eosque nascentes, hunc Venus, illum Iuppiter, alium respiciebat Mars. Etenim qui patresfamilias sunt mortalibus in hoc progignendi genere, ñ veluti parentes sibi similia producunt omnia, & colorem, & formã, & facta, & animum. At rex quidam Minos Iouis auspicijs,

*Endymion.
Phaëton.*

*Fabulosa esse
quæ apud poë-
tas de Phaë-
tonem scribun-
tur.*

*Aeneas.
Minos.
Ascalaphus
Antolycus.*

Saturnus &
Iupiter.

Iquiscathena,
Solis iacula.

Venus &
Mars.

Nihil olim
aggressum si-
ne Astrolo-
gia.

Aeneas formosus Veneris fauore natus est: fur Autoly-
cus. At ea furacitas illi ex Mercurio contigit. Iam verò
nec Saturnum Iupiter coniecit in vincula, nec in tarta-
ra præcipitem dedit, neque cætera machinatus est quæ
putant homines: verum Saturnus extremus mouetur, pro-
culque à nobis semotus est. Segnis illi motus, neque faci-
lis animaduersu mortalibus: atque hanc ob causam illum
stare dicunt, ceu vinculis alligatum. Cæterum ingens
aëris altitudo tartarus appellatur. Sed potissimum ex Ho-
meri poëtæ, Hesiodique carminibus liceat intelligere
prisorum fabulas cum Astrologia consentire. Siquidem
vbi Iouis cathenam narrat, ac Solis iacula, quæ quidem
ego radiorum ictus esse conijcio, tum vrbes quas in cly-
peo fixerat Vulcanus, præterea choream, & vineam, ad-
hæc quæcunque de Veneris ac Martis adulterio dixit,
deque detectione, hæud aliunde, quam ex hac scientia
sunt conficta. Quandoquidem Veneris & Martis con-
cursus, Homerice cantilenæ præbet argumentum: in alijs
autem versibus vtriusque diuersum effectum descripsit
Veneris, cum sic ait.

Tute Venus iucunda magis connubia cura.

Porro de belli negotiis.

Cuncta citò hæc curæ fuerint Marti, atque Minerva.

- Hæc cum intelligerent veteres illi, maximè diuinationi-
bus utebantur: nec eam ociosam esse putabant: adeò vt
nec vrbes conderent, neque mœnia circumducerent, neque
quemquam occiderent, neque vxores ducerent, prius-
quam de singulis, à vate responsum accepissent. Denique
nec ipsa deorum oracula, ab arte astrologica erant aliena.
Verum apud Delphos virgo prædicendi munus admini-
strat, quæ coelestem illam Virginem representat: ac Dra-
co sub tripode vocem ædit, quoniam & inter stellas Dra-
co conspicitur. In Didymis verò templum est Apollinis,
& hoc

& hoc sicuti mihi videtur, ex his Didymis, idest Geminis qui coelo sunt, appellatum: vsque adeo verò diuinitio visa est illis res sacra, vt Vlysses etiã cum errando fessus, vellet certò de rebus suis cognoscere, ad inferos penetrarit: non quò videret umbras, & locum inamœnum., sed quòd cuperet cum Tiresia colloqui. Qui simul atque in locum peruenerat, quem Circe monstrarat, foueam fodit, oues maectauit: cumque complures essent umbræ, atque inter has matris queque sanguinem bibere cupientes: non prius ille permisit illi, ne matri quidem, quam Tiresia gustasset: coactusque esset sibi vaticinium ædere: potuitque interim matris umbram videre sitientem Adhæc Lycurgus Lacedæmonijs omnẽ reipublicæ administrationem e coelo temperabat: ac legem illis dedit, ne quando in bellum prodirent ante plenilunium. Non enim existimabant eandem esse ciuitatis administrationem crescente Luna, & euanescente, propterea quòd omnia ab illa regerentur. Porro Arcades soli hæc nõ receperunt, nec in precio habuerunt Astrologiã: sed nõdẽ ob imperitiam, & stultitiam aiunt se Luna antiquiores esse. Proinde cum nostri maiores vsque adeo fuerint Astrologiã studiosi, huius ætatis homines partim aiunt fieri non posse, vt homines finem inueniant diuinandi scientiæ, propterea quòd neque certa sit, neque vera: neque Martem, aut Iouem, nostra causa moueri in coelo: verum illis humanarum rerum nullam esse curam, neque quicquam esse eis cum his negocijs commercij: verum secundum hos necessitate circumaguntur: partim dicunt Astrologiam non esse quidem mendacem, at inutilem. Non enim mutari vaticinio quecunque fati decreta instant. At ego sanè vtrisque respondere possum, stellas in coelo, suo quidem motu volui: cæterum obiter eius motus effectum ad nos peruenire. An vis equo currente, &

*Didymi seu
Geminis.*

Vlysses.

Tiresia.

*Lycurgus
Lacedæmo-
niorum
Ratis.*

Arcades.

*Quorundam
puerilis ob-
iectio.*

*Responsio
elegantis in-
terrogationis.*

*Quid cōmo-
di ex astrolo-
gicis prædi-
ctionibus e-
mergat.*

gallinis, aut hominibus tumultuantibus, lapides subsilire, stipulasque moueri ventis cursu concitatis, & syderum vertigine nihil aliud effici, quàm pro motu proposito? Quum modici ignis ad nos calor defluat, nec prorsus nostra causa ignis ardeat (non enim curæ illi est nostra calefactio) cur syderum nullum recipiemus defluxum? Sanè fieri non potest, vt per Astrologiam ex malis bona faciamus, neque mutare quicquam earum rerum, quæ ab illis ad nos demanant. Sed hanc utilitatem ars adfert vtentibus. Bona multò antè delectant eos, qui ventura præscierint: mala verò facilè cum imprudentibus venerint, accipiuntur. Neque enim in illos irruunt, sed quia meditata, expectataque sunt, lenia, mitiaque videntur. Hæc mea est
de Astrologia
sententia.





IOANNIS

IOVIANI PONTANI
DIALOGVS SANE QVAM
VENVSTVS: QVO DOCETVR

QVATENVS COELESTIVM PROGNO-
STICORVM SIGNIFICATIONES PROCEDANT.

Et quòd voluntas solius hominis propria,
illis nequaquam subijciatur: modò
sensuum titillationibus, &
cupiditatũ illectamen-
tis non acquie-
uerit.



IOANN. Pardus, & Franc. Pudericus.

P V D E R I C V S.



VID NI MIHI CVM
Astrologis bellum sit
Parde? cum Iouianum
hunc videam, qui tam
multa scripsit de syde-
ribus, se penumero il-
lis irasci, nec omnino
fatis bene de illorum
dictis, atque enuntia-
tis sentire? cum tamen
eius disciplinæ sit ipse

*Iouianus Pō-
tanus rerum
cœlestiũ scri-
ptor & sau-
tor.*

mirificè studiosus. Quamquàm, vt mihi semper visus
est, non vt Ioannes Picus in ipsam disciplinam, armis
equisq̃ue (quod dicitur) irrumpit, cum illam tueatur

*Quæ à cælo
portenduntur,
nō eadem via
vbique eue-
niunt.*

*Voluntates
humanae sy-
deralibus agi-
tationibus va-
lidiores esse.*

*Humores So-
lis & Lune
mutationes se-
quuntur.*

vt cognitu maximè dignam, ac penè diuinā. Sed Astro-
logos quosdam, vt parum cautos, minimeq; prudentes,
infectatur, ac ridet. PARDVS. Non temere hoc quidem
Pudrice. Quid enim magis siue absurdum, siue temera-
rium, quàm quod coniecturis præcipuè constet, id neces-
sarium esse velle? Cùm enim cœli, syderumque agitatio-
ne inferiora hæc (quod liquidò apparet) citatu mode-
rentur suo: nequaquam tamen quæ ab illis innuuntur,
ijsdem numeris, eadem quoque qua portenduntur via
vbique eueniunt: quòd res ipsæ inferiores superioribus
illis causis, aut non omni è parte assentiantur, aut repu-
gnent. PVDER. Sunt igitur illæ causæ agentes ac primæ,
hæ verò patientes, ac secundæ. PARD. Nimirum sunt:
nam nec calor ipse Solis vbique est æqualis, nec terrarū
situs idem, ac par omnium. Quodque ad communium
res spectat, voluntates ipsæ nostræ, modò sensibus impe-
rare voluerimus, liberè quidem sunt, syderalibusque agi-
tationibus aliquantò validiores. Quod quonam modo
fiat, id si aperuerim, non indignum conuentu isto videat-
ur. Quatuor hæc corpora, queq; alio nomine sunt ele-
menta, & materiam generationi suggerunt, vel ipsa ea-
dem potius sunt materia, quatuor humores submini-
strant, ex quibus hæc cōstant omnia. Hi, pro motu Solis,
Lunæque, ac vtriusque habitu (ne de alijs nunc loqua-
mur stellis) in assiduo vbique sunt, aut incremento, aut
imminutione, qua è re generatio cietur atque corruptio:
& proinde in eodem nunquam persistunt statu: quando
& Solis, & Lunæ mutationes, ipsi quoque imitentur: ac
Luna continenter penè fluctuet. Sol verò erraticis cum
stellis nunc fit ipse propior, nunc contrà remotior ab re-
gionibus quas incolimus. Quibus è rebus & incrementa
sequitur humorum qualitatūq; , & item imminutio-
nes. Has ad res permultum etiam conferunt regionum
tum

tum situs, tum habitus: cum Apulia, Libya, Aegyptus aptior sit calori, siccitatiq̄ue augendę quàm aut Germania, aut Gallia: hæ verò quàm illæ frigori atque humectationi. Adhæc terrarum aliæ non multam quidem hominum exigunt aut operam, aut industriam in re frumentaria procuranda: aliæ contrà suapte natura parum sunt feraces. Quid quòd habitus ipse locorum alibi obtusiora gignit ingenia, alibi magis acuta, eademq̄ue versutiora? Quò fit, vt tam multæ quoq; rerum earundem sint varietates: quòd in saporibus potissimùm, ac succis ostenditur: itemq̄ue in animalibus, siue feris, siue alitibus: actum in celeritate eorum, tum etiam in statura & robore: vt humores ipsi non solum cœli ac stellarum agitationes sequantur, verumetiam agrorum naturas, ac regionum tum situm, tum habitum. Quod cum ita sit, ne stellarum quidem effectiones vbique aut eadem, aut pares esse possunt. Quæ, qui Astrologus probè considerauerit, vix ille longius aberrauerit à cœlestium prognosticorum significationibus verè pronuntiandis: quousque tamen coniectura ipsa sese tutò conferre poterit. Hæc igitur ipsa, cum tantopere inter se dissentiant, ac tam sint cognitu difficilia, quàm profectò sunt, nata est hinc obseruatio: cuius proprium est intueri, quæ appareant signa: eaq̄ue animaduersa, multumq̄ue retenta in mente, quid tandem adferant expectare: indeq̄ue à re ipsa prognostica dicta sunt. Non tamen vt semper præstent quæ promittere videantur: sed quòd plerūq̄ue tantum, cum & medici, & nautes, ipsi quoq; agricolæ in curationibus, ægritudinibusq̄ue, item in pluuijs, aut serenitatibus, frugūque prouentu, aut huberiore, aut modico, non rarò se à signis, obseruationeq̄ue deceptos querantur. Minus vt mirum videri debeat, si Astrologi quoque fallantur:

Habitus locorum & situs in cœlestibus iudicijs non negligendi.

Vnde nata rerū cœlestium obseruatio: et quid illi proprium.

Mirum non esse si astrologi plerumque fallantur.

*Per multa me-
dicos & astro-
logos fallere.*

*Patrij mores,
consuetudi-
nes, artes, &
instituta sy-
deralibus pre-
dictiõibus cõ-
ferunt.*

cùm ipse aliquando causæ inuicem pugnent, actionesque ac passiones inter sese (vt dictum est) non vno modo dissentiant. Tertio ante anno Capanus ager æstiuis pluuijs plus solito laborauit: eodem tamen tempore in agro Brutio, ac Crotoniensi, de nimia siccitate atque æstu vineæ exaruerunt. Hinc igitur vanæ Mathematicorum prædictiones, quòd ad ea quæ portendi videntur à stellis, non omnes conueniant simul causæ: permultaque eos lateant, quemadmodum & medicos. Et hi quidem frustra haberi solent, non solum propter naturam morbi & humorum parum cognitã, veruetiam ægrotantium, & regionis, aërisque ipsius, ob alias causas, atque alias, ac tum ventorum, tum exhalationum. Illi verò propter incognitas stellarum misturas: aut quòd in id tempus incidant significationes aliquarum siue copulationum, siue eclipsium, aut cometarum, multis ante annis eas portendentium, quæ parum quidem obseruatæ fuerint. Interdum, quòd regio ipsa perniciosis à ventis aut vexetur, aut à salubribus defendatur: plusque venti ad prohibendum valeant, quàm ad nocendum hostilis stellarum irradiatio. An non Hetruriæ maritima pleraque pestilens est ora, propter paludes halitusque malignos ab his afflatos, aurasque illos agitantes: cùm collinæ eius regionis sint quàm saluberrimæ? Itaque, & in locis illis palustribus salutiferæ stellarum configurationes parum prodesse per æstatem poterunt: & collinæ salubritati non adeò malignè nocebunt, ac pestilentes. Patrij quoque mores, consuetudinesque, & municipales artes, necnon instituta tum publica, tum domestica, multum in vtramque partem conferunt syderalibus configurationibus. Quid, quòd rerum certa cognitio eaque quæ scientia dicitur in generalibus perscrutationibus versatur? Quis igitur humorum ex quibus constamus

mus singulares adsequi possit, siue cōmissiones, siue temperaturas? Quis rursus syderum particulares vires, quę tum abstrusissimę sunt, tum penè etiam infinitę? Quis item aduersantium inter se causarum digladiationes particulatim cognitās, & obseruatas habeat, & quantum, & quousque? Itaque illi ipsi qui ad particulares prædictiones dilabuntur, ab ipso etiam Ptolemæo habentur derisui: cū necesse sit eorum coniecturas, obseruationesque hac in parte vacillare: ipsasque nō solūm deerrare à via, verūm turpissimè dilabi, deque vestigiō ruere. Vides igitur Puderice, vnde tam multi Mathematicorum errores proficiscantur: coniecturęq; tam fallaces: vt iure quidem irasci illis & possis, & debeas, in pestilentijs prædicendis, itemque in sterilitatibus, tempestatibus, alluionibus, atque euentis alijs. Veniamus nunc ad hominum voluntates, quibus si sese ipsę sensibus dominandas permiserint, nihil est fluxius, imbellius, addam etiam fractius domabiliusque. Contrà, nihil quod sit illis generosius, robustius, imperiosiusque, vbi sensus ipsos eorumque illectamenta nihili fecerimus, miserimusque sub iugum. Vendidit Marc. Cato confectum iam senio equum: qui cum ipse siue Consul, siue Prætor militauerat. Marcus, inquam, Cato optimus sui temporis Orator, optimus Senator, optimus Imperator, sic enim est habitus. Cur vendidit? quia voluit: quia plus apud eum attenuatissima illa valuit parsimonię cura, quàm ratio, & Senatore, & Oratore, & Imperatore, tam validè etiã spectato digna. Quodq; vsurpare esset solitus, bonū patrē familias vèdacē esse oportere magis, quàm emacem, voluit etiã in re sua præceptū id pertinacissimè tenere. At coactus est ad hoc ipsum ab natalitia coeli, stellarūq; cōfiguratione. O coelū auarissimū! ô stellas tã attenuatè, ac sordèter parcas! quæ

Rerum particulariū astrologos, à Ptolemæo rideri.

*Marci Cato-
nis elegans
exemplum.*

*Stellarum cō-
figuratio in
Catone quid
potuit.*

*Ptolemæus
Aegypti Rex*

in hoc tam attentè, ac tantopere peruicaces. Potuit pro-
culdubio cœli, stellarumquæ configuratio, Marc. Ca-
tonem facere ad parsimoniam propensio-
rem, propter humorum è quibus constaret compactionem: non ta-
men vt cum summa & Senatorum, & ciuium Roma-
norum siue accusatione, siue irrisione, militarem, vel con-
sularem potius equum, vilissimo etiam precio captus
venderet: ac si equus ille nascente Catone, sollicitas stel-
las sua etiam de venditione fecerit. Ptolemæus, Aegypti
Rex sororem suam duxit vxorem, impulsus videlicet
expugnatusquæ natalis cœli, ac stellarum themate. O
prophanum cœlum cum themate etiam tam impuro, &
inquinato: in quo tam immanis reposita esset libido.

Quis vel etiam summè improbus, ac peruicax ad seue-
rare hoc audeat? etenim configurationes illæ intempe-
rantiam tantùm portendunt humorum ac concretionis
corporeæ, atque in re quidem venerea: detur etiam & in
sororea coniunctione. An non foelicissimus ipse rex
ac potentissimus, poterat quod quidem noluit, sororem
suam alij matrimonio locare, ipsequæ aliam sibi ducere?

At medici, vel modicis adhibitis medicamentis, hu-
morem, qui nimius sit, temperant, coguntquæ sub regu-
lam: qui nimius, atque attenuatus, eum exuscitant & at-
tollunt. Tu verò Rex eximie, minimè potuisti nefariam
istam libidinem continere: quòd videlicet noluisti. Pa-
trauit igitur scelus hoc, quia voluit: nam si noluisset, qua
diximus via euitare illud omnino poterat. Quod vt
patraret, credibile est multas, variasquæ in ea re cogitatio-
nes cōsumpsisse: sed passus est à libidine tandem sese vin-
ci. At apud Persas eiusmodi matrimonia erant & vsita-
ta, & concessa: secutusquæ est finitimæ gentis exempla.
Iam, qua promptitudine secutus est ipse Persas? Cur non

*Persarū ma-
trimonia cō-
munia fuisse,
non verò Ma-
cedonum.*

Mace-

Macedones secutus est ipse suos? laudatissimosque Macedonū Reges? Nequaquam autem secutus est, quia noluit: quia imperari maluit sibi à libidine, quàm ipse libidini imperare. I nunc, & cœlum incusa, ac stellas, nefariasque stellarum configurationes. Tempestate hac nostra, qui apud Reges, regulosque magistri fuere epistolarum, vtque hodie dicuntur, Secretarij, summum in modum locupletati sunt omnes, præter Iouianum hunc, qui adest: quam ad rem ab amicis familiaribusque assidue cohortatus cum esset, nunquam à proposito dimoueri potuit: illud in ore semper habens. Egere nolo, opulentus esse recuso: qua ratione non modò cupiditati imperauit, pecuniarumque appetitioni, verùm ipsis etiam Regibus in Repub. moderandis: quam animi firmitatem his ipsis etiam diebus ostendit. Quum enim capto regno Neapolitano, Ludouici Gallorum Regis Præfectus, magistratum ei offerret, quò ex eius redditu senectutem opulentiorē duceret: at, inquit, non opulentiorē eam feceris, verùm occupatiorē: quando Dijs iuuantibus nullius honestæ rei indigeo. Voluntas certè hæc fuit, ratione temperata: eaq̃ ue cupiditatum victrix, ac sensuum titillantium. Nero Augustus singulari fuit crudelitate nobilitatus: quis sanæ tamen cogitationis inficietur, in procreando Nerone feminis humorumque temperaturam, è qua fatus ipse, & concretus est, apprimè malignam fuisse: stellasque ipsas eam ad rem adiumenti plurimum contulisse, vt suapte natura Nero procliuis esset, atque incitus ad sæuitiam? fuere igitur huius rei causæ, tum natura ipsa è qua Nero constitit, quòd malè esset fermentata, tum stellarum malus habitus, peruersaque configuratio, quæ aut humorem secuta est, malignum illum quidem, atque peruersè affectum: aut eum malignitate, ac deprauatione

Iouianus Potanus opum. & honorum negligentissimus.

Nero singulari fuit crudelitate.

*Impium Ne-
ronis inge-
nium aduer-
sus matrem.*

*Philosophica
& elegans de
voluntate &
voluntarijs ac-
tionibus di-
sputatio.*

*Voluntas quã
do seruire di-
catur, & quã
do imperare.*

affecit sua. Est, detur hoc quidem. At inuenire noua sup-
pliciorum genera, inusitataque excogitare tormenta, &
cum artiñice conuenire, qua via ad maternum naufragiũ
nauicula opportunè strueretur. Neronis hoc fuit, sangui-
nariæque eius voluntatis, non stellarum ac coeli. Fuit au-
tem Neronis, quia voluit. Voluit autem, quòd ab ambi-
tione rapiebatur, qua expugnatus, conculcauit ipse ratio-
nem. Sed desinam pluribus iam exemplis vti, maximo-
rum etiam virorum, quorum voluntates victæ cupidita-
tibus, aut sensuum captæ illecebris iere præcipites. Quo
circa, his in hunc modum explicatis, quæramus eadem
hæc aliquantò exploratius. Principiò, laus omnis vitu-
peratioque versatur in voluntarijs actionibus, existitque
ab illis. Quum enim natura duce moueamur, ad ea cu-
pienda quæ boni alicuius speciem præferant, eaque à
sensibus repræsententur, de quorum titillatione animus
se se excitat: non prius tamen ad ea peragenda quibus ad-
secuturum sese illa confidat, animus ipse expergiscitur
quàm voluntas quò suscitetur: quæ initio quidem vt libe-
ra, ac sui iuris latius euagatur: post verò secum adhibita
in consilium ratione, ac frenum sibi ipsa imponens, eo ac-
cepto sese ipsam moderatur, redigitque intra præscri-
ptum: mox de liberando eligit, quæ pro facultate ac viri-
bus suis eligenda videantur: quin ratione duce, illa ipsa
perscrutatur diligentius, perpenditque maiore cum pen-
sitatione, quæ à sensibus sunt oblata, an talia sint, qualis
species eorum sese offert: sint necne vtilia ipsa & iucun-
da, an rursus inutilia & molesta. Post verò his perpen-
dis, & cognitis euagationeque illa tam libera sub frenum
coërcita, iter statim ingreditur, quo quæ eligenda esse
duxit, peruenire ad ea possit. Iuris itaque, atque arbitrij
eius fuit, vellet necne siue eligere, & persequi, seu nihil
omnino

omnino curare. Est igitur suapte natura, statimque ex quo suscitata est, libera: quæ rationem si sequatur, libertatem ubique suam & tuebitur, & retinebit: sin relicta ratione à sensibus delinita illis obsequatur, nimirum amissa libertate, captiua ducetur, & quæ imperare ipsa sibi noluit, imperio seruiet alieno. Est igitur sui iuris ac libera, quoties sese à sensuum, malarumque cupiditatum vi, ac captiuitate tuebitur. Tunc verò facile tuebitur, quum excitata inter eam, sensusque ipsos controuersia, bona ne sint, an mala quæ à sensibus offeruntur, rationem sequetur: illamque sibi in auxilium vocabit: cuius etiam consilio vtetur ac ductu. An non tibi voluntas ipsa videatur libera, quæ cum sensibus in certamen descendat? quæque victrix omnino euasura sit, præterquam si illorum insidiosis blanditiis capi se patiatur? Demum quia ad actiones tunc accingimur, cum voluntas ipsa voluerit, & elegerit, & decreuerit suscipiendum aliquod siue inceptum, siue negotium, merito actiones ipsæ ad voluntatem referuntur: quæ si cum ratione progredietur, nimirum ipsæ laudabuntur: contra, vituperabuntur, ubi & in eligendo, & in progrediendo, de rationis via aberrans sensuumque delitijs emollita cupiditatem sequetur ducem, ac illius inhærebit vestigijs. Non solum autem res ipsæ, actionesque voluntatem liberam esse testantur, verum etiã nomen ipsum deliberandi: quòd videlicet liberum eius sit in decernendo iudiciũ, velit ne suscipere, & profeq, an cõtrà desistere, ac sensuum ipsorum monita dilabi sinere. Legum quoque cõstitutores, ac moderatores populorum id ipsum testantur: cum impunita dimittant crimina, quæ furætes admittunt, atque insania perciti: quòd voluntaria ea minimè sint, nec furætes ipsi liberi aut sint, aut haberi debeant. Postremò autem cõsiderandũ videtur, cum sensus

*Voluntas quæ
doque libera,
quædoque ser
ua.*

*Furentium
crimina cur
impunita?*

*Voluntas est
hominis vnica,
reliquorū ani-
mārum im-
petus.*

*Volūntates hu-
manas stellis
non subijci.*

*Quando sese
opponant ani-
mo. cœlestes
configuratio-
nes.*

ipsi corporei sunt, singulique corporeis vtantur instru-
mentis, vt auribus ad audiendum, oculis ad videndum,
naribus ad odorandum, palato, linguaque ad gustan-
dum, manibus, siue alia corporis parte ad tangendum:
voluntatem tamen ipsam nulla parte corporis vti, nul-
laque re corporea: quin aut deliberat, aut eligit, decer-
nitque: quippe cum vis ea, potestasque, tantum sit animi,
atque ex omnibus animalibus, hominis vnica: quod fit,
vt cæterorum quidem sit siue impetus, siue instinctus tan-
tummodò: homini verò voluntas propria, ac peculiaris.
Igitur, si stellarum effectiones versantur in corporibus
inferioribus, & in his rebus tantum quæ ex elemētis con-
stant: ipsaque elemēta cæpius quasi quidam sint, in quo stel-
læ vires suas exercēt: quanam via voluntates hominum,
illarum agitationibus subiectæ erunt? quarum iurisditio
tantum sit in elementis, rebusque elementaribus? animus
verò & incorporeus ipse sit, & ab omni prorsus elemen-
tari qualitate, ac conditione vacuus: cuius vis potissi-
ma quidem sit ipsa volūtas: quæ actiones ad quas homo
natus est, vel commendatione honestet, vel opprobrio
damnet, ac contemptui proijciat. Iure igitur Puderice,
mathematicis illis succenses & Astrologis, qui ad om-
nes res futuras prædicēdas, hominumque mores, ac
fortunas ab ipso ortu statim pronuntiādas tam sint apti,
ac si in eis nulla sit libertas, nullaque deliberandi, aut eli-
gendi, siue ratio, siue authoritas: quæ quidem tanta est,
vt homo sui iuris sit in his administrandis omnibus, in
quibus animus imperare habeat: nec corporis ei opus sit
ministerio, ac præsidij. Possunt tamen cœlestes con-
figurationes impedimento illis tunc esse, ac sese animo
ipsi opponere: cum corporeis atque externis auxilijs, ac
fauoribus indigeat. Vbi verò actiones solius tantum fue-
rint

rint animi, frustra tunc de stellarum actionibus, ac viribus disputatur: cum, vt dixi, animus ipse liber sit, ac suo pte arbitratu eligat, decernatque. Hæc habui tecum, tuamque in defensionem, quæ Franciscæ Puderice hîc dicerê: longius fortassè quàm portio dicendi ferret mea: breuius certè, quàm res ipsa exigit. Quamobrem finem his faciam: si prius tamen hoc subdiderim: Hominum illorum numerum oppidò quàm exiguum esse, animum qui colant, animique arbitratu vtantur, atque imperio: cum multitudo ferè vniuersa corpori sit omnino dedita, corporeisque illecebris: vt fortassè Mathematicis ipsis & Astrologis permittendum sit laxissimis etiam habenis currere ad Apotelesmata pronuncian-
da.

*Cōclusio à
pulcherrima
sententia.*

FINIS.

N

*Ride Epicure Deum, gere nescia pectora fati:
Finge nihil caeli significare faces.
Crede mihi, ad nigrum quando raptaberis orcum:
Hic tua quod plectat scommata, Numen erit.*

Οἱ δὲ γενναῖοι δὲ μὴ γινώσκοντες
τὸ θεῖον οὐκ ἔστιν.

L V G D V N I,
Mathias Bonhomme excudebat.